This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07591201 8

[redacted]

RCB

IOANNIS IACOBI REISKE
ANIMADVERSIONVM
AD
GRAECOS AVCTORES
VOLVMEN PRIMVM
QVO
DIODORVS SICVLVS,
ET AMBO
DIONES,
CHRYSOSTOMVS ET CASSIVS,
PERTRACTANTVR.

LIPSIAE
LITTERIS LOEPERIANIS.
1757.

HEROIBVS IN TOGA

ILLVSTRISSIMIS,

FRIDERICI AVGVSTI,

REGIS POLONIARVM ET ELECTORIS

SAXONIAE,

A

CONSILIIS INTIMIS,

RERVM IN PATRIA SVMMARVM,

CVM ALIARVM, TVM ACADEMICARVM,

CVRATORIBVS,

ASTOR LIBRARY NEW-YORK

VIRIS

GENERIS NOBILITATE,

MVNERVM DIGNITATE,

VIRTVTVM SPLENDORE

PRIMARIIS,

LIBELLVM HVNC SVPPLEX OFFERT,

INSCRIBIT ET DEDICAT,

SVAQVE STVDIA COMMENDAT

ET ADDICIT

AVCTOR.

Muſarum, in luctu patriae
Martisque tumultu,
Ad Vos, MAGNATES, graeca caterva venit,
Annonamque ſui, ſed pauperis, exhibet agri.
Parva ea dona quidem, magna tamen pietas.
Muſas arma alias terrent immane ſonante
Bellona fugiunt. aera ad acuta ſilent.
At Vos confirmatis eas, Veſtroque jubetis,
Numinis atque pii, fidere praeſidio.

Tantus erit terror nullus, non tanta ruina,
Muſarum ut Veſtro pectore cura cadat.
Non ſtricti excutient Veſtris amplexibus enſes
Commiſſum hoc Veſtrae Palladium fidei.
Quae caput in noſtrum foeda atque cruenta procella
Incubuit nuper, juſta jubente deo,
Rurſus eam, lacrymis placatus ſuppliciisque,
Spe citius ſternet diſcutietque pater.
Tempus adeſt. ſoles mox ibunt candidiores,
Almaque pax nitidum proferet os nebulis.

Haec ubi lux, nimium lux lenta, illuxerit, artes
Vos orant priſcae commeminiſſe ſui;
Atque ſacerdotis, quem complectuntur amore,
Quod ſua, quamquam nunc frigida, templa colit
Sedulus, atque ſuis aris, licet in grege raro,
Nullo non ſpargit thura minuta die.
Fama vetuſta viros, quos hoc exile volumen
Exercet, rerum & pondera, quas agitant,
Dictioque & ſapiens, & terſa, ampliſſimi honores
Commendant geſti, & principum amicitiae.

Pruſamum in curru ſectum vectare
Dionem
Trajanum (norat nempe virum)
haud puduit.
Hic, ut Trajanum Nervamque ſalu-
bribus olim
Caeſareum inſtruxit nobile par
monitis,
Sic ſapientiae adhuc ſitientes imbuit
undis,
Limpidum ad hunc fontem quos
quidem adire juvat.
Fertur avum hunc habuiſſe Dio, qui
nomine Caſſi
Clarus Romanam condidit hiſto-
riam.
Qui patriam ut rexit, Parthos ut
terruit armis,
Bis ſenos faſces bis meritus te-
nuit.

Ae-

Aegyptum, Syriam, Spartam, Diodorus, Athenas,
Perſida, cum Macetum roboribus, celebrat.
Civilis vitae hi praecepta, exempla miniſtrant
Splendida. vel ſummis haec ſchola digna viris.
Quae ſuperant tantorum hominum monumenta, libello
Illuſtrare brevi, more meo, ſtudui.
Quem vultu, PROCERES, admittite, quaeſo benigno,
Atque aliquo has artes eſſe jubete loco.
Ille pium Regem Rex ſceptris reddat avitis,
Res hominum aeternis qui regit imperiis.

Auguſtum *Vobis*, Auguſto *reddat amicos*

Vos, pacem populis, ingeniisque decus.

Copia ſic rerum, ſic priſtina jura redibunt,

Noſtraque ſanabit vulnera Veſtra manus.

BENEVOLO LECTORI
S. D.
IO. IAC. REISKE.

Quos in hoc volumen conjeci mearum ad Graecos auctores animadverſionum libellos, ex acervo eos hauſi, caſu oblatos, non conſilio delectos. Non ea ſane de cauſſa illos in fronte collocavi, quod reliquis praeſtarent, quos adhuc ſcrinia noſtra premunt. Vt autem hos tres caeteris praemitterem, olim, niſi fatale quid intercedat, inſecuturis, gemina fere cauſſa me impulit, una communis omnibus, altera poſtremo propria. Quum edendo criticarum mearum lucubrationum ſpecimini animum adjicerem, hi tres reliquis paratiores ad praelum adeundum erant, librarioque excuſori in manus absque mora dari poterant. In uno Caſſio properandum mihi videbatur, & prima quaque data quaeſitave oportunitate danda opera, ut poſterioribus edendis ad eum auctorem curis memoria priorum deleretur. Nam priſtinum illum noſtrum conatum Hamburgenſi Caſſii editioni adjectum, crebriores, quam quidem vellemus, obſident hallucinationes. Quot inſecutura ſint horum libellorum volumina, & quos eorum quaeque tractatura ſint auctores, juxta Tecum ſcio, Lector. Secundum quidem volumen praelum jam exercet, in quo *chorum ducere Lyſiam* juſſimus, cui forſitan *Polybium*, & *Ariſtidem*, adjungemus. In Poly

bi

bio, cum emendando, tum interpretando, tantam poſui curam, ut ipſemet mihi me ſuperaſſe videar. Auſim igitur ſuper illo aliquid haud, pro more meo, ſiccum & triſte, ſed paullo floridius & hilarius grammaticorum illis promittere, qui rariorum dictionum expoſitiones idoneorum auctorum teſtimoniis munitas appetunt. Caeteros auctores, quos exercui, quid nominare attinet, dubia ſortis ſpe, meas exercitationes manentis. Vnam illam a me praemitti admonitionem forſitan inutile non fuerit, Ariſtidam, Libaniumque, & Plutarchi opuſcula miſcellanea crebra lectione meditationeque me contriviſſe, ut ſuper his quoque aliquid haud omnino poenitendum promittere audeam.

De ratione, qua graecos auctores tractare ſcriptione ſoleo, ſupervacaneum videri poſſet exponere, poſt illa jamdudum edita noſtra in Sophoclem, & Euripidem, & Ariſtophanem, & Herodotum & Thucydidem, & Anthologiam, aliosque ſpecimina, quibus haec ipſa gemina germana ſunt. Facere tamen non poſſum, quin cavillationibus occurram, (ſunt enim cavillationes magis, quam juſtae reprehenſiones) quas libelli noſtri, ſi quid video, vix poterunt effugere. Erunt enim qui ſcribendi hoc, quo uſus fui, genus pro arido & μονοτόνῳ traducant, florentemque & laetam doctrinarum copiam varietatemque in eo deſiderent. Aliis arrogans & tumidus videbor, qui non illos ſolummodo magnos ſaeculi ſuperioris heroas, Caſaubonum & Valeſium, tanquam ad cauſſam me judice dicendam adeſſe juſſerim, ſed etiam par auctorum *Graecorum* nuperrime a pari virorum longe doctiſſimorum ſumma cum cura & incredibili cum exquiſitarum literarum apparatu editum ad examen re-

voca

vocaverim. Tantorum hominum inventis & edictis non acquieſcere negabunt quemquam poſſe, qui modeſte de ſe ſentiat, neque ſibi plus aliis ſapere videatur. Ad illud igitur hominum genus me referent judicii praecipites, quod in cernendis aliorum naevis Argo perſpicacius, ſi quid vir doctus ediderit, in quo plurima niteant, protinus in illud involant, in eoque cupide, quod notent & arrodant, venantur, &, ſi quid ſibi reperiſſe videantur nota dignum, quo tamen alii facile non offendantur, id velut in pompa producunt & oſtentant. Atqui nos, illis multum diſſimiles, neque judices, neque cenſores agimus. Virorum famae non detrahimus, quorum ſumma merita ſummi, ut par eſt, facimus. Haerentem multa cum laude coronam de fronte victoriis nobilitata detractum non imus. Obſervatis illorum ea ſolummoda addimus, quae nobis illi, aut feſtinantes, animo gravioribus intento, praetervidiſſe, aut contempſiſſe, & velut beati ſcruta, humo tollere jacentia dedignati fuiſſe videntur, Iris ſublegenda. Libertate illa utimur, cum honeſta, tum neceſſaria; qua ſublata, de literis actum eſt. Qua libertate ſi majores noſtri, illi ipſi heroes, a quibus nos in diverſa nonnunquam ire haud dubitamus, ſuos in majores dubitaſſent uti, aut juſſi fuiſſent abſtinere, quot jam careremus praeclaris doctrinis & ſcitis inventis! Quod igitur illi ſibi ſuos in majores exiſtimabant licere, eo nos ipſi nobis in eos interdicemus? Aut, quod Weſſelingius in Henricum Stephanum & Laur. Rhodomannum ſibi permiſit, quod poſt eum Reimarus in eundem Stephanum, & Xylandrum, Leunclauiumque, & alios, & ipſum memet, exercuit *jus, jure quisque ſuo*, invidioſumne mihi erit, ſi ide *in eos retorſero?* Diſſentire a viro magni in literis

minis, & diſſenſum prodere, eritne capitale? Non erit, ſi quidem libera gaudemus re literarum publica. Cujus civis ſi ſum, mihi quoque fori communio & ſuffragii ferendi jus erit. Tyrannis autem ſi paremus, mecum habitabo, foresque & os claudam. Atqui ipſi illi ſummi viri, quos modo laudabam, meum inſtitutum, quod bene novi, non ſolummodo ferent aequo animo, ſed laudabunt quoque. Quam facilitatem pariter ab aliis exſpecto bonarum literarum hac aetate noſtra vindicibus & ſtatoribus, cum quibus mihi deinceps identidem erit tum agendum, quum eos auctores tractandos mihi ſumam, in quibus ornandis eorum ingenium & diligentia eluxit. Damus, petimusque viciſſim hanc ſententiae libere dicendae veniam, eaque ut in nosmet poſteri ſtrenue liberaliterque utantur, eos, ſi ſapimus, ſi literarum amorem haud ſimulamus, ſi eas creſcere & perennare bona fide cupimus, hortabimur. Ego quidem, quamquam hortuli mei fructus ad unum omnes pro maturis & perfectis venditare non auſim, (tanta meorum me caritas non tenet) ita tamen rurſus illis non diffido, ut metuam, ne pariter omnes aut acerbi ſint, aut molles, ut aetatem non ferant, aut ad friguſculum quodcunque fatiſcant, aut contemptiſſimi cujusque vermiculi grammatici dentes non frangant. Rejicula quaedam meis ineſſe, non diffitebor. Ideone vero reliqua cum his damnanda pariter & premenda erunt? Legumina quoque, fruges, poma, veſtiunt ſua putamina, glumae, folliculi, quae amputamus, purgamus, abjicimus; at ipſis fructibus tamen utimur. Summo rerum omnium opifice quid cogitari poteſt ſapientius? At ille tamen, ut *lolium in ſegete* creſceret, juſſit, ut roſae inter ſpinas. *cundum illum igitur*, tene pudeat, homuncio, ſequic

quioris frugis aliquid acervo bonae admiſcuiſſe? Non eſt profecto, quare turpe ſibi putet homo criticus, in denis quibusque conjecturis ſingulas binaſve projeciſſe aut dubias, in reliquis certis & liquidis, aut vitioſas & pudendas. Matrem ſane uteri ſui haud poeniteat, quae poſt liberos numero plures, proceros, robuſtos, benevalentes, effocta natura, unum alterumve fuerit enixa foetum debilem & deformem. Erroris argui, & agnoſcere atque deprecari demonſtratum, neminem pudebit, quem ſuae ſortis non pudeat, & qui naturae, quod hominem ſe, non belluam, ediderit, non ſuccenſeat. Quaecunque tandem aliorum ſit frons, me quidem juſta reprehenſio cum modeſtia conjuncta non movet.

At macrum & inſuave noſtrum ſcribendi genus cauſſabuntur delicati & faſtidioſi homines, „qui exquiſitas duntaxat obſervationes, & locos, quos vocant, communes ad pompam & oſtentationem compoſitos ſibi exhiberi volunt, illam vero annotationum partem, quae emendationes & varias lectiones continet, levem prorſus & deſpiciendam exiſtimant. Quibus ego id reſponſum velim (vir ſummus loquitur, *Henricus Valeſius*): etſi emendationes illae & variae lectiones inſuaves plerumque & moleſtae ſint legentibus, utiles tamen eas eſſe in primis ac prorſus neceſſarias, in iis praeſertim ſcriptoribus, quorum libri minus emendati ad nos pervenerunt. & obſervationes quidem majorem ſpeciem praeferunt eruditionis, emendatio vero plus ingenii ac judicii requirere mihi videtur.“ Mea feci verba viri, quem in paucis unum ſummi facio, H. Valeſii, ex ejus praefatione ad *Socratis* hiſtoriam eccleſiaſticam excerpta. Quantacunque mea ſit ingenii facultas, & in judicando vis, (nam mihi quidem

eam

eam aeſtimare neutram in partem licet, ſed ad alios ea pertinet aeſtimatio) bene novi, quanto labore mihi conſtent hae criticae exercitationes. Aliorum rationes ideo non contemno, quod non ſequor, naturae, qua ducit, obſequens. In hanc viam indoles me mea detulit. Sufficit ſedulitati noſtrae in infima artis criticae parte ſe continere, in eaque, quantum poſſit, proficere & recte conſtituere, quum illi ſublimiori parem ſe non eſſe ſentiat. Vltra nidum pennas non extendimus. Et in hoc ipſo noſtro regno intelligimus, quantamcunque animi contentionem efficere tamen non poſſe, ut aut nobis ipſi, aut poſteris, ſatisfaciamus, &, quod reprehendant noſtrorum, ſuppleantve, reliquum nihil faciamus. Miramur haud raro in trivialia incidentes, majoribus noſtris praeterita, qui fieri potuerit, ut eorum diligentiam tam obvia effugerent. At id ipſum in nobis quoque poſteri mirabuntur. Emendatiunculae, quantumvis certae, & ſolerter feliciterque excogitatae, ita tamen me non inflant, ut prae iis virorum doctorum magni faciendae mihi ſordeant obſervationes, quae aut ritus veteres illuſtrant, aut verborum & dictionum vires exponunt, earumque velut ſoboles & affinitates per multos generationum ſaeculorumque articulos deducunt, aut quae ordinem rerum geſtarum perſequuntur, & intricatas temporum rationes expediunt, aut genuinos auctorum foetus a ſpuriis ſegregant. Soles hi ſunt, a quibus emendatiunculae noſtrae, velut minora ſidera, offuſcantur & exſtinguuntur, & ad quos nobis oculos caligare, etiamſi profiteri nollemus, ipſa tamen res clamaret. Sapiens, qui virium ſuarum callens onera aequa tollit.

Scr. Lipſiae d. 8. Febr. 1757.

IO. IACOBI REISKE

AD

DIODORVM SICVLVM

ANIMADVERSIONES.

VIRO

CELEBERRIMO

PETRO WESSELING

ELOQVENTIAE ET GRÆCÆ LINGVÆ IN ACADEMIA VLTRAIECTINA PROFESSORI DIGNISSIMO,

S. P. D.

IO. IACOBVS REISKE.

Quod ad Te mittam, ERVDITISSIME WESSELINGI, Tibi inſcriptas has meas ad Diodorum Siculum animadverſiones, eo fit, ut publice teſtatam faciam venerationem, qua Te ſumma, cum ob reliquam Tuam doctrinam virtutemque egregiam, tum ob praeclara Tua de Diodoro merita proſequor, quae tanta ſunt, ut quamvis nunquam defuturi ſint illis praecones, deſperem tamen fore quemquam, qui ea dignis ipſa re laudibus efferat. Is enim Tu es, cui Diodorus vitam velut, qua fruitur, illumque ſplendidiſſimum, quo ſe circumfuſum laetatur, cultum debet. Grati quoque erga Te animi documentum me poſcebant, & illa, qua me domique & *in Belgio* agentem complexus es,

benevolentia, & illae Tuae exquiſita eruditione refertae ad Diodorum annotationes, e quibus multum me profeciſſe tantum abeſt ut me pudeat profiteri, ut potius Te propter eas in magiſtris meis numerandum putem, & non ſine ſenſu quodam gloriae numerem. Eſſe, qui poſt Te Diodoro Tuo ſedulam navent operam, id vero nequit animo Tuo non carum acceptumque accidere. Quanto itaque major mihi cauſſa eſt ſperandi fore ut ad conſpectum libelli mei laetere, & inſtitutum meum probes, fructumque Te ferre ſtimulorum exiſtimes, quos Tu mihi admoviſti acerrimos, exemplum Tuum, privataſque literas, quibus me ad illas literas excolendas impuliſti, quas pari laude atque fructu ornas, & ut diutiſſime ornes in votis habeo.

Eum Te non novi, HVMANISSIME WESSELINGI, qui ſuo in agro ſpicas legentes alios aegre ferat, aut in eos ſaeviat, qui a ſe interdum in diverſa abeant. Talem ſi Te noſſem, alii profecto fuiſſem opellam hanc conſecraturus, in qua collecta expoſui ea, quae Tu mihi praeteriiſſe videbaris,

ſeu

ſeu minutiarum taedio ſeu contemtu, ſeu quod in tanta rerum mole nihil non cernere, nihil non notare, perarduum eſt & haud ſcio an homini datum; locorum quoque nonnullorum diverſas a Tuis rationibus interpretationes attuli, ſed ea modeſtia, & reverentia, quae diſcipulum erga magiſtrum, & bonos inter ſe, decet. Ipſe noſti, VIR PRVDENTISSIME, criticas has diſputationes, quae conjecturis maxima ex parte continentur, ſaepe ancipites, ſemper indignas eſſe, a quibus animus exacerbetur. Minuti animi & inhumani eſt e tam minuta re, quam eſt occupata in ſtruendis, addendis, detrahendis literulis ſedulitas, in diſſentientes odium concipere. Novimus Te omnes, WESSELINGI EXCELLENTISSIME, ut Criticum in paucis acutum, dextrumque, & doctum, ut nil ſupra, ſic unum quoque ex aequiſſimis & leniſſimis, illiſque rari exempli hominibus, qui ut aliorum errores abſque faſtu & acerbitate notant & corrigunt, ſic aliorum diſſenſum a ſuis opinionibus, aequo animo *accipiunt & ferunt.*

Quare confido fore ut opuſculum hoc meum placido vultu ſecundoque judicio ſuſcipias. Quod ſane vehementer opto ei contingere. Ea enim eſt doctrinae Tuae & aequitatis apud omnes exiſtimatio, ut ad Tuum de meo libello judicium ſint ſuum conformaturi. Non ſolum Tu judex harum rerum idoneus haberis, ſed & aequus judex & recti verique tenax.

Faxit immortalis Deus, ut quae hilaria abſoluto & edito Diodoro ante hos undecim annos agebas, & quos plauſus ea re ab eruditis tuliſti, eadem quoque brevi poſt agas hilaria, eosdemque merearis plauſus, edito Herodoto Tuo, cujus exſpectatione literatum orbem erexiſti. Beatum me, ſi mihi contingeret hoc tantum Tibi gaudium gratulari, eumque auctorem curis Tuis expolitum videre, quem ut ornandum ſuſciperes, cum aliorum hortationibus mea quoque effecit. Vale VIR MAXIME in literarum commoda quam diutiſſime. Scr. Lipſiae d. 22. Iulii 1756.

AD

DIODORVM SICVLVM

EDIT. WESSELING.

LIB. I.

4. 27 ἕνα λόγον] malim ἀνάλογον. *cuique populo & homini accommodatum pro diuerſa ſua ratione.* χρηματιστήριον eſt ſenaculum, locus ubi de ſummis rerum agitur & deliberatur, ubi deus aut princeps iis, qui ſe indigent, ſui copiam & uſum facit, advenientibus conſulturis, aut legatis exteris reſpondet. inde *oraculum*, unde ſcientia rerum ignoratarum petitur. v. Weſſeling ad h. l. 31 num προστασσομένων, *praeceptorum. pulchrum ſi non opus habere exquiſitione, indagatione praeceptorum* — 40 ἀνάληψις eſt *lectio.* ἀναλαμβάνειν paſſim apud Polybium pro *inſpicere, evolvere, legere* librum vel ſcriptum quodcunque uſurpatur, tam ſic ſimpliciter, quam integre ἀναλαμβάνειν εἰς τὰς χεῖρας, v. p. 1223. *penult.* c 1280. 32. 1454. 28. Poteſt quoque de

ſuſceptione in animum & *infixione hiſtoriae in memoriam* accipi. Ita dicitur, *pictor colores e concha penicillo* ἀναλαμβάνειν, *ſuſcipere* & transferre in tabulam pingendam, quod deinceps ad animum translatum notat *imbibere doctrinam*, & ſic uſurpat p. 7. 41. quare ambigo p. 7. 59. utram lectionem praeferam τῶν πεπραγμένων *rerum geſtarum in animum infixio*, an τῶν πεπραγματευμένων, *auctorum lectio*. Cf. p. 8. 87.

5. 65 elegantiſſima dictio ἱστορία τῆς ἀληθείας προφῆτις, & veriſſima. *Propheta* & *prophetiſſa* proprie eſt ſacerdos, qui vel quae oraculi mandata ex adytis ad foris ſtantes conſulentes effert & *profatur*. Quod aliis oraculis prophetae, interpretes numinum ſunt, id in oraculo veritatis ſunt hiſtoriae auctores; ſunt interpretes veritatis, numinis maxime venerandi. Vtitur hac ipſa dictione T. II. p. 561. 40. 95 προστιθὲν, an προσταχθὲν legas, nil refert. ut προστάττειν *adordinare, collocare penes aliquem aliquid*, ſumitur pro injungere, mandare alicui aliquid peragendum; ita προστιθέναι, *ponere aliquid apud aliquem*, idem eſt atque *injungere, mandare*. quemadmodum συντιθέναι quoque eodem ſenſu dicitur, de quo ad Polybium egi p. 500. 27. Hic loci ergo τὸ προστεθὲν idem eſt atque τὸ πρόσω τεθὲν, τὸ ἔμπροσθεν τεθὲν, *in medio poſitum, propoſitum oratori thema, de quo diſſerat, argumentum quodcunque enarrationi, diſputationi permiſſum, tale appatet eſſe, quale vis dicentis id auditoribus objecerit*. Quod ſi tamen aliquid mutandum hic fuerit, malim προτεθὲν, unde eadem ſententia.

8. 9

7. 59. νυμφ.

8. 99 σχεδὸν πάσας τὰς —

9. 12 τούτων τῶν περιειλημμένων. 38 ante ἑκάστου deeſt περὶ aut ὑπὲρ.

10. 49 f. γονιμωτάτοις. *foecundiſſimis bonarum doctrinarum*, a quibus plurima & veriſſima diſcuntur. v. interppr. ad Ariſtophan. *Ranas.* 54 ἐκείνοις rectum eſt. *conſequenter illis ſententiis, vel hypotheſibus.* nam ὁμοίως hic idem eſt atque ἀκολούθως, & ἐκεῖναι idem atque ἐκείνη ἡ ὑπόθεσις. Paſſim hic Auctor, ut alii, plurali pronominis pro ſingulari utitur, v. p. 31. 26. 56 ἡ πᾶσα δίνη eſt *totus complexus rerum vertigine per coelum actarum*, ἡ δίνη τῶν δινουμένων πάντων. 73 ἀνοιδῆσαι.

13. 68 f. γενέσεις αἱ πρῶται ὑπάρξαι.

15. 46 Φασὶν δὲ [aut Φύσει δὲ] συμβάλλεσθαι πλεῖστα. 48 f. τοῦ μὲν τὸ πυρῶδες καὶ πνευματικὸν, τῆς δὲ τὸ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, κοινῇ δ' ἀμφοτέροις ἀέρα. 52 f. πέντε εἶναι τὰ πρ. iſta anacolutha non Diodoro, ſed librariis debentur, novis Graeculis, ſyntaxeos rationem omnem ſuſque deque habentibus. 54 καὶ ὥσπερ.

17. 47 παῦσαν. cohaeret enim cum μεταθέσθαι p. 18. 52.

18. 51 f. ἐπινοήσαντος. 55 τῆς κατ' ἀλλήλων. 62 καιρὸν] f. νόμον. 83 ναοὶ ſunt proprie aediculae parvae, in quibus imagines numinum condebantur, una cum illis cavis murorum, in quibus illae collocabantur aediculae.

19. 1 ὅτε &c.] ſententia eſt: *ibi loci, ubi de Ægypto narrat.* γίγνεσθαι περί τι eſt *ſermone circa aliquid verſari.*

21. 56 aut *προστιθέασι* aut *ἀνατιθέασι.* 62 τὸν δὲ τὸν πάντα χρόνον.

23. 34 f. ἀπολαβεῖν *coërcuiſſe, ſepſiſſe.* nam alterum eſſet *extuliſſe in altum,* quod ab h. l. eſt alienum.

31. 16 malim in hoc loco interpretando cum Rhodomanno facere.

33. 4 ταύτης τῇ παρ' Αἰγ. 9 μὲν delend.

35. 82 τόπαν praefero. *facit arena, ubi locus paludis agnoſci nequeat, ſimilis terrae.* ut nequeat noſcitari, ubinam ſit ille lacus.

42. 40 non placet vulgata hic loci, non habeo tamen, quod certius & rectius afferam. ἐπισίδηρος vox eſt proba, ut ἐπίχαλκος, *munitus ferro, praeferratus.* 42 ἀρχὰς videtur probum. orſitan ἀρχὴ fuit vocabulum Siculum *funem* deſignans, v. ad p. 109. 71. nec abludere videtur ἄρκυς. videtur ἄρκω & ἕρκω olim idem ſignificaſſe. ἐνάπτοντες accipio pro ἐνημμένας ἔχοντες.

43. 66 f. ὑπαγαγόντες, niſi malis enallagen eſſe pro ἐπαγαγόντες κοῦφα ἄροτρα τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς χώρας.

46. 86 ὀνομαζομένων.

51. 13 παραγράψομεν ut nolim damnare, facit copia exemplorum, in quibus παραγράφειν idem quod *circumſcribere, finire* notat. Penes Noſtrum p. 145. 48. eſt παραγράφειν τοὺς χρόνους, *tempora ſuis terminis circumſcribere* & II. 573. *14.* παραγραφὴ eſt *terminus, meta.* Sic etiam in *fine libri* ſecundi fuit olim παραγράψομεν, ubi

nunc

nunc eſt περιγραψ — cf. varias lect. ad p. 185. 3. 209. 45. Ipſe cl. Weſſeling in fine Libri tertii παραγράψομεν ſervavit. habet quidem Porphyrius de abſtinentia p. 96. 33. περιγράφειν pro *finire*, ſed id eodem modo immutandum eſt. Nam περιγράφειν eſt *cancellare*, circumſcribere ſignis, quae indicarent, illis ſignis intercepta delenda & expungenda eſſe. V. Plutarchi Opuſc. p. 595. *ult.* Rem omnem dirimit Harpocratio h. v.

52. 48 f. προσανατρέχειν, *in altum excreſcere celeri incremento.* v. p. 146. 71. T. II. 53 f. πιότητος, *pinguedine.* 64 δοκιμάζοντας accipio pro *audentes.* Hoc ſenſu δοκιμάζειν novis Graecis frequentiſſime uſurpatur. inde nos quoque dicimus *probiren* pro *tentare, periculum facere.*

54. 7 f. παρειλημμένων, *quum nullius frugis fuerint plerique eorum, quos ab hiſtoria traditos accepimus.* 19 non cohaeret μίαν ἡμέραν cum ἐνδεῆ γενόμενον, ſed cum ἀναγκασθῆναι. *coactum aliquo die fuiſſe, non ſuppetente victu,* aut *eſurientem.*

56. 12 f. ἀστέρων ἐν κυανῷ γραφαῖς καταπεποικ. 17 f. λίθου τοῦ λεγομένου Συηνίτου.

58. 79 f. γλυφαὶς ἐν τοίχῳ ἰδεῖν εἶναι.

60. 67 τὸ δὲ μετὰ τ. τ. δ. ἀ. μνημονεύεσθαι.

62. 47 παῤῥησίας] f. παιδείας.

63. 84 ἐγκατεσκεύασε.

66. *ult.* praeferrem τρόποις, *ut eſſet commerciis populorum inter ſe commoditas modis omnibus.* καὶ πᾶσι idem eſt hic loci atque ἅπασι ex vulgato

gato more, quo partic. καὶ ante πᾶς non copulam ſignificat, ſed redundat.

68. 55 ἔξοδος eſt *proceſſio in publicum.*

71. 76 ἄδοξοι dicuntur Graecis homines privati nullis honoribus in civitate, nullis magiſtratibus functi. ἀδοξία apud Polybium eſt *vita privata.*

72. 99 ἤθως videtur delendum. 9 aut πολυτελῶς legend. aut κοινωφελὲς, aut faciendum cum Cod. Coislin. 2. τῇ κατὰ τὴν χειρεργίαν τέχνῃ, ut p. 74. 88. & ad hunc modum credo quoque locum p. 73. 61. emendandum eſſe.

74. 94 τε] l. μὲν.

76. 48 Κύριος de Deo obſervavi quoque apud Arrian. diſſert. Epict. p. 159. 17. *edit. Vptoni.*

77. 99 δώδεκα] imo vero ἕνδεκα. deinceps paullo quam ſolet & oportebat brevior eſt Noſter. debuiſſet περιελόμενον τὴν περικεφαλαίαν, ἐκ ταύτης (vel ἐν ταύτῃ) σπεῖσαι.

78. 56 ἄλλην videtur delend. aut ὅλην ſcribend. neque ſum oblitus ejus, quod ad Polybium demonſtravi, ſaepe ἄλλος pro πᾶς poni. Conf. p. 141. 91.

81. 72 τὰ ἀγνοούμενα ſunt hic loci idem atque τὰ ἁμαρτανόμενα vel ἡμαρτημένα, *peccata, delicta*, praeſertim per inſcitiam ab imprudente & invito. Polybius ſaepiſſime ἄγνοια pro ἄνοια, ἀπόνοια, *pravitas, ſcelus*, adhibet. v. dicta ad Ejus p. 133. 29. Sic ſupra apud Noſtrum p. 9. 32. τὰ ἀγνοηθέντα τυγχανέτω διορθώσεως, ubi recte verſum: *ſi quid inſcitia peccatum, corrigatur.* Cf. Index v. ἀγνοεῖν, ἀγνόημα & ἄγνοια, item p. 82. 13.

82. 87

82. 87 ἢ κρίνειν delentor. ſunt enim ſcholion v. χρηματίζειν. vid. tamen vſ. 99. Pari modo vſ. 92. ἢ μέθην, ut ſcholium dictionis πλησμονὴν ἄκαιρον inducendum eſt. Nimis multis ſcatet Diodorus ejuſmodi interpolationibus, quarum multas induſtria Rhodomanni & Weſſelingi expunxit. Eae peculiari ſe indicio produnt, illò ἢ. quod mihi ſaepe in aliis quoque auctoribus ſcholium detexit. 4 ταῖς ψυχαῖς bene habet idemque eſt atque τῷ θυμῷ, *cum ira ſua impingebant*, h. e. *offendebantur*. ψυχὴ eſt omnis animi vehementior impetus, affectus.

83. 20 loco χρόνον recte edunt aliqui Codd. πλῆθος, *plurima pars regum ſupra dictorum ſervavit hanc conſtitutionem.* In vulgata hiat oratio pendente Genit. βασιλέων. 25 ἔργα peculiariter de operibus ruſticis ad agriculturam pertinentibus dicitur, ut obſervatum eſt a viris doctis ad Heſiodi ἔργα καὶ ἡμέρας. 31 dubio vacat, legendum eſſe ἀπαράγραπτον. nam παραγραφὴ eſt *exceptio*, & μαρτυρία ἀπαράγραπτος proinde *teſtimonium, adverſus quod exceptio nulla edi poteſt, nulla valet.*

86. 52 ἐπὶ ταῖς ἰδίαις ἐργασίαις.

87. 86 πρόσθοιτο mihi videtur idem eſſe atque πρόθοιτο *in medio vel conſpectu poneret.* v. p. 5. 95. 99 προστιθέναι. 7. bene habet vulgata οἱ ἀγωνιζόμενοι ἐν τῷ κρίνειν. quamvis inſolens, proba tamen eſt dictio, qua ſignificantur illi, *qui dubiis judicandis cauſſis jactantur.* οἱ ἐναθλοῦντες τῷ κρίνειν, *qui laborant in eo, ut incerta cauſſarum expediant. ult.* vulgata ſi bene habet,

bet, quod in medio relinquam; damnare enim non poſſum, ſignificabit ἀσεβεῖν hic loci idem atque ȣ̓ σέβεσθαι, *non colere, non revereri, nullo in honore locoque habere.* Sic e contrario τȣ̀ς θεȣ̀ς εὐσεβῶν διετέλȣν eſt apud Porphyrium de A. A. I. 10.

91. 53 recte habet ἀπέβαλε. ſubauditur enim τις aut ὁ ἀποβαλών.

92. 9 praefero πολυχρονίȣ quorundam Codd. 16 διδάσκονται. 31 τὰς ἐκ [vel ἀπὸ] τῆς χώρας, quo vetus lectio ducit.

93. γινόμενοι] f. τιμώμενοι. *tanquam ſummis Deorum* [ſeu, *qui Diis habentur*] *honoribus affecti.* v. p. 94. 73.

94. 81 ἐάν τε ἑκὼν, ἐάν τε ἄκων. 87 κατειλῆφθαι αὐτὸ τετελευτηκός.

95. 15 λυπȣ́μενοι] f. ὠνȣ́μενοι. aut deeſt aliquid, e. gr. ἰδόντες κακȣχȣ̃ντας vel αἰκιζομένȣς. *moeſtitia affecti, ſi videant illa animalia male haberi* aut *torqueri*; ſed prius rectius. 19 quamvis nolim vulgatam damnare, malim tamen ὑπολιπόντων quorundam Codd. Sic enim ſupra p. 68. 73. Alii ſcriptores malunt ἐπιλείπειν in hoc caſu. ſed quum ὑπολείπειν idem ſit atque προλείπειν, *prius deficere, quam ad locum deſtinatum veneris*, nihil eſt, cur illi verbo controverſia moveatur.

103 f. λίμνην, ἐπιλέγοντες τȣ̀νομα τȣ̃ τετελευτηκότος, vel μετηλλαχότος. *tranſiturum paludem eſſe illum, vel illum. nam identidem defuncti nomen addebant.* 49 πέραν hic loci accipi debet pro *citra*, non *ultra*. *citra lacum, in urbe qua-*

que,

que, ubi mortuus quiſque erat, cui ſubeundum erat judicium. 66 f. ὑπαντήσῃ κατήγορος. 81 l. ἐπιφανέστατον aut καταφανέστατον. Sunt quaedam hoc in Cap. turbide & obſcure narrata.

104. 84 οἰκίας hic loci eſt, ut paullo ante, aedicula, conclave, diaeta, triclinium &c. *ponunt poſteri majorum ſuorum exuvias in illis ipſis diaetis, ubi ipſi vitam quotidianam agunt*, non in peculiaribus cellis. 3 ἴσχυσε, deleto ſcholio ejus, δύναται.

105. 20 καὶ βίων videtur delendum. Sane καὶ e Iuſtino ſe addidiſſe ait Editor. Poteſt quoque legi χρησάμενα βίων. 21 κοινὸς hic loci ſignificat hominem, qui nihil prae aliis peculiare ulla in re affectat, ſed aequalem ſe ſimilemque popularibus praeſtat, *communem*, ut etiam Latini talem appellant. v. Fabri Theſaur. v. *communis* & Noſtri p. 655. 74. Ita II. 552. 78. πρὸς τοὺς πολίτας κοινὸς καὶ φιλάνθρωπος Plutarch. Opuſc. 1472. 12. Dio Chryſoſt. 468, 13. 557, 20.

107. 89 τῶν] l. τόν. 13 ἐπωνύμων. poteſt tamen vulgata ὁμωνύμους ſe tueri, ſi reſpiciatur ad p. 109. 86. ubi dicitur Daedalus in Ægypto ſtatuam ſibi feciſſe, quae procul dubio idem cum auctore nomen geſſit. 22 τὰς δὲ τῶν —

108. 64 f. ἐναργείας.

109. 71 χοινὶς videtur delendum. Fortaſſe adſcripſit olim aliquis χοινίον ad ignotius vocab. ἀρχὴν declarandum, quod in ſermone Siculo *funem* notavit. Inde in textum irrepſit χοινὶς. 93 poteſt ferri vulgata; planior tamen erit mollior*que oratio, ſi legatur* τὴν ὑπὸ τῆς Ἑλένης.

111. 53 ni ζοάνε malis, poſſis ζωδία admittere, eodem ſenſu.

Lib. II.

117. 64 fruſtra ſunt qui origines nominis in Arabica aut Hebraea lingua quaerunt, a qua diverſiſſimam fuiſſe Syriacam patet ex illo noto in Meleagrum Antipatri epigrammate, quod Anthologiae Henr. Stephani p. 280. *ult.* exſtat. 88 punctum commate mutandum & δὲ del. 98 αὐτόθεν eſt idem atque ἁπλῶς, *nude audire*, aut *percipere mente*, numerum tam immanem, abſque ut recogites aut docearis quibus temporibus & unde locorum coactus fuerit & quantum illa loca temporaque a noſtris diſcrepent. Cf. p. 46. 80. ubi αὐτόθεν idem valet atque ἁπλῶς, *nude, ſimpliciter, illa ſola de cauſſa.*

118. 27 κατὰ τὴν ἀκρόπολιν. 33 ἀποβεβηκέναι non praeſtat ἀποβεβληκέναι olim vulgato.

119. 58 παραγενομένη δ' εἰς. 67 κατελάβετο μέρος.

120. 94 δὲ] f. καὶ.

124. 54 f. τȣ̃ φυτȣργȣ̃ cum Cod. Clarom. ſcrib. aut τῶν φυτȣργειῶν. 69 ἐπιβολαὶ videntur eſſe fundamenta, loca illa parietum, quibus tranſverſae trabes incumbebant ex utroque fine.

125. 1 διελθόντες.

126. 32 quamvis non neſciam κατὰ poſſe *ſubintelligi*, mallem tamen τοῖς & τόποις. 34 τόπον

των ſuſpectum, praeſertim variantibus Codd. neque tamen ſuccurrit melius. Sententia flagitat ἐπιφάνειαν. *habet ille lacus ſolidam & ſtabilem* [non fluctuantem liquidam] *ſuperficiem*. Ergone τύπον legendum? *ſpeciem*, τὸν περὶ αὐτὴν τύπον idem eſt atque ὁ αὐτῆς τύπος. V. Indic. Diodori v. περί.

129. 68 διὰ παντὸς] poteſt τοῦ ἔτους ſubaudiri, *toto anno*. & id videtur Rhodomannus quoque voluiſſe; malim tamen τόπου ſubaudire, *prae aliis omnibus locis*. διὰ *prae* notat interdum; ut dixi ad Dionem Chryſoſt. p. 458. *ult*.

130. 91 περὶ τοὺς τόπους] v. dicta ad Polyb. p. 423. 25.

131. 53 aut delend. ἐπὶ, aut leg. τὴν τῶν ἐπὶ τῶν θωρακίων. nam τὰ θωράκια ſunt turriculae elephantis impoſitae, unde armati viri pugnant, v. Weſſeling ad h. l. & Ind. h. v.

132. 74 ad h. l. diſcutit Weſſelingius locum Suidae, qui mihi ſic videtur legendus eſſe: κἀν τοῖς ἐντὸς τῆς κοίτης κτίσασα παλάτια ἐπὶ ὑψωμάτων ἐκ λίθων ἐγχορήγων ἠσφαλτωμένων. *in locis medio in alveo fluvii ſitis condidit ſuper aggeribus manufactis arces e lapidibus indigenis*. de lapidibus ἐγχορήγοις v. du Cange Gloſſar. Latin. v. *Encores*.

137. στρατεία eo ſenſu, quo *militia* ap. Latinos quoque haud raro accipitur, hic loci eſt accipiendum pro *functione*, quocunque munere mandato, ſeu civili, ſeu militari. Eſt ergo functio *praefecturae Medorum* apud Ninum in aula excuban-

cubantium, domeſticorum protectorum. Conf. p. 138. 42.

141. 91 aut delend. ἄλλων, aut accipiendum pro ὅλων (v. ad p. 78. 56.) aut βασιλείων repetendum, non a τὰ βασίλεια, *regia*, ſed ab οἱ βασίλειοι, *regii*, miniſtri puta.

144. 6 τὰς ὑπὸ τὴν γῆν.

145. 38 aut συνηθροῖσθαι legend. aut προσωρίσθαι, quod Codex Mutinenſis voluit.

149. 37 δὲ delend. 45 mallem γινομένων abeſſe.

151. 27 Μηρὸν] videntur Graeci ab Indis non recte haec percepiſſe. Nomen montis eſt non *Mir*, ſed *Caſchmir*, ut e Berniero conſtat, qui cum Aurengzebo, velut altero Baccho, aeſtatem in illo montano tractu a ſe exactam belle deſcripſit.

154. 55 αἱ μητέρες. 60 τῶν ξένων.

155. 77 f. τὸν πόντον.

156. 44 & 45 προάγει & περιάπτει. 47 κατασκευάζουσαι. 49 mallem τῶν σωμάτων abeſſe.

159. 57 τὴν μὲν ἔρημον καὶ ἄνυδρον. conf. p. 161. 12. & 166. 1. & ult.

160. 89 δυσωδίαν] f. πικρίαν.

161. 20 ἀπ' αὐτῆς delenda. Sunt enim vitioſa ſcriptio proximorum vocabulorum αἱ ταύτης. 30 f. ἄπλατος [h. e. ἄπλετος] ὡς εὐώδης.* *ineffabile quam ſuavis odoratu.* Proprie, accedi eo non poteſt, ut exprimatur, quam ſuavis ſit. paullo poſt recurrens ἄπλατος ſignificat *multum, copioſum.* Cf. p. 219. 57. ubi pro ἄπλετον quidam Codd. dant ἄπλατον, & p. 239. 65

ſ. 267. 17. ἄπλαςον. ἄπλατος etiam Porphyr. de Abſtinentia p. 47. 30. habet, & ibid. ſ. *penult.*

162. *penult.* περιποιεῖν, ut praecedens διαλαμβάνον.

163. 18 πολυμόρφω.

164. 23 vetuſtae Editt. habent θερμότητος. Forte dedit Auctor ἀναθυμιάσεως τῆς ἡλίȣ θερμότητος. 28 καὶ τῷ μᾶλλον. 29 αὐτοῖς, *in ipſis*, carbunculis puta. 39 τῆς delend. nam ἐκ φύσεως duo ſunt vocabula. 42 f. καὶ τῆς περὶ τὴν γῆν ποικιλίας. 56 potuiſſet eandem ſententiam planius & elegantius enuntiare, ſi Dativo Genitivum mutaſſet & τῇ χώρᾳ aut ταῖς χώραις dixiſſet.

165. *ult.* ἀπαιθυσσομένη λαμπὰς ea eſt, cujus ellychnium ſtilo ferreo in anteriorem partem acto ita detergetur, ut fungi decidant, ἀπομυσσομένη, aut, ſi taedam piceam malis ſignificari, eſt ea, quae ad calceum aut ſtipitem ita excutitur, ut ſordes decidant, eaque clarius atque acrius incipiat ardere.

166. 93 καταθέσει accipio pro κατακλίσει.

168. 6 ἔχειν] ſubaudi ἐκ φύσεως. *natura fiſſam habent linguam quadamtenus.* 7 πρὸς διαίρεσιν idem valet atque διὰ χειροποιήτȣ διαιρέσεως *artificioſa diviſione per ferrum facta. anteriora linguae iſtorum hominum natura ſunt fiſſa, interiora vero arte manuque hominum.*

171. 22 συγκεκομμένοις, *contuſis.* 25 ἔχειν, *ult.* f. ἐξ ὧν ὁ καρπὸς εἰς [vel πρὸς] τροφὴν γίνεται, *in cibum cedit.* paullo poſt ςεφανιαίȣς ſu-

ſpectum eſt. nam cum coronarum non ſit eadem conſtans capacitas, putem aliud quid rotundum ſignificari. num σπιθαμιαίους.

Lib. III.

174. 8 ὄσης delendum.

177. 30 περιφερόμενος delendum. ut ſcholium v. κωμάζων. 45 ἐκ τῆς πατρίδος.

181. 3 rectum eſt ἀπολειπομένου, quod praeſtat Cod. Claromontanus. *quum autem ſuperſit ratio dubitandi, quare* — deinde δὲ erit delendum vſ. 6. nam eſt una periodus: ἀπολειπομένου δ' ἀποῤῥήματος — φασὶ τοὺς τηλικούτους —

183. 8 non opus eſt, ut Agatharchides e Diodoro corrigatur. ἡ τοῦ σανιδώματος ἐπίνοια eſt *ingenium* vel *ratio tabulati*, ἡ περὶ τὸ σανίδωμα ἐπίνοια hominum ſolers inventum in ſtruenda illa machina.

184. 27 μὲν primum delend.

185. 96 f. χρῆμα.

186. 33 parum abeſt, ut credam καὶ ἑτοιμότητα ſcholium eſſe. 40 melius ſic collocabuntur verba. τὰ μὲν νήπια παντελῶς αἱ μητέρες. Nam παντελῶς cum νήπια arcte cohaeret.

189. 3 aut μετ' ἄλλων, *una adjuvantibus aliis*, rectum eſt, quod Codd. aliqui praebent, aut μετ' ἀγωνίας, *magna cum contentione*.

191. 86 σχιζομένης καὶ delenda. Natum illud e σκιαζομένης per calami errorem.

193

193. 59 ἑκάςῳ. 69 verba ſic ordinanda: συνεχῶς ὁ προςβεβηκὼς τύπτων; nam cohaeret συνεχῶς cum τύπτων, *identidem feriens*. Et ſic quoque cenſuiſſe Vrſinum nunc video. 87 δένδρῳ bene habet.

196. 98 πολλῷ.

197. 35 τῶν δὲ [vel δὴ] ληφθέντων.

200. 68 περὶ τῶν θηρίων τῶν ὄντων κατὰ τὰς — 88 ἐπὶ πλεῖον eſt *ut plurimum, plerumque*.

201. 32 aut καὶ addendum poſt ἔνιοι aut ἀποφηνάμενοι delendum.

202. 49 κατὰ μέρος delendum.

203. 6 ἐναντίον ſuſpectum. f. ἀσύνοπτον, niſi vulgata idem notet. 10 δὲ delendum.

204. 35 ἐκπηδῆσον ἐκ τοῦ περιέχοντος αὐτὸ φιλοτεχνήματος. 57 ὑπὲρ τὴν. 65 ἀνοικητος quamvis analogiae non adverſetur, tamen eſt inſolens. quare malim ἀοικήτου.

205. 77 ἀναγράψομεν. 85 τὸ ϛόμα καὶ delenda ſunt. nam de receſſu intimo maris rubri, qui eſt ad Sues, loquitur, non de oſtio ejus, quod eſt circa Moccha.

207. ἀπεγνώκασι.

208. 18 aut delendum τοῦ τόπου, aut pro τόπου legendum eſt ὕδατος. 23 προειρήκαμεν] non de Diodoro, ſed de Agatharchida, hoc eſt accipiendum, cujus verba Diodorus ipſa reddidit.

209. 65 aut κατὰ τὴν γῆν leg. eſt cum Codd. quibuſdam, aut τὰ κατάῤῥυτα τῆς γῆς, aut τὰ πέριξ τῆς γῆς.

210. 98 χρωμάτων] id eſt *aromatum*. Sic etiam Latini medio aevo *pigmenta* pro aromatibus & medicamentis nominabant. Vid. Du Cange Gloſſ. Lat. h. v. Dicta ſic ſunt, quia χρώζεται vel χρωννύεται, cuti, vel capillis illinuntur, inunguntur, quemadmodum pictor colores ſuos tabulis illinit. Quod ſi autem χρωμάτων ſenſu accipias uſitato, *colorum* ſcil. neceſſe erit, cum duobus Codd. loco ὠφελείας legere ποικιλίας.

211. 37 aut πάντα legend. aut participium aliquod latet, e. gr. περικλώμενος vel περιῤῥηγνύμενος, vel ſimile. redit enim ad κόλπος. 39 Βανιζομενεῖς] ſuntne بني جمّان 52 χηλὴ eſt excurſio ſcopulorum in mare anceps, ad forcipis inſtar, cujus in medium, velut in portum, ſe recipere naves a praeſente tempeſtate poſſunt.

212. 64 f. τὸ δὲ καταπινόμενον κῦμα καὶ βρασμὸν ποιεῖ.

213. 13 f. ἀπὸ πολλοῦ φαίνεσθαι περιειλβοῦσαν, praeeuntibus Agatharchida & Rhodomanno.

214. 53 libenter deleverim φοίνικος καὶ cum uno Codicum. Palma enim non eſt arbor odorifera. 90 τὰ σώματα mallem abeſſe. Sane redundat. οἱ ὄγκοι paullo poſt ſunt ſolidae hominis partes, carnes, oſſa. v. p. 219. *ult.*

215. 1 quae in notis ad h. l. afferuntur, aliena & nimis arguta ſunt. Reges Arabum *Tobbaï* fuerunt dicti, non quod eſſent ſucceſſores unus alterius, ſed quod eſſent exemplum omnibus imitandum. *Tobba* eſt tam qui alios ſequitur, quam *quem alii* ſequuntur. In ſpecie dicitur apum rex

ita,

ita, ad cujus inſtar regem ſuum Arabes ſic appellarunt.

216. 50 f. *ἐκ τοῦ κατὰ λόγον ἀθεωρήτους ὑπάρχειν τοῖς πλωΐζομένοις. τῶν δ' ἄλλων τοὺς ὀνομαζομένους πλάνητας, τοὺς μὲν μείζονας φαίνεσθαι τῶν παρ' ἡμῖν.*

217. 99 aut *βασιλείαις ὑπακοῦον*, aut *βασιλέως ἀκοῦον*.

218. 20 primum *ἐν* cum Weſſelingo mallem abeſſe. 49 aut delendum eſt *πολλὴν*, aut potius *τὴν ὑποκειμένην χώραν* delendum, aut denique leg. *πολλοὺς*. Si ſervetur *ὑποκειμένην*, erit idem atque *προκειμένην*, *coram poſitam*, *aſſitam*. 51 deleantur *καὶ τὴν χέρσον*, aut *τὴν χώραν καὶ*. cf. p. 219. 76.

219. 60 *παχνώδεις*, *pruinoſos*, nivi ſimiles, quoad frigus, glaciales. Nihil favet vulgatae lectioni, quod ſequitur vſ. 81. nam prorſus alio id ſpectat. 84 mallem *τῇ γῇ*, *apud, prope terram.* 90 *μεταρσεως*, *ſublationis*, h. e. *proceſſus in alium locum*. Proxime poſitum *προσιόντων αὐτῶν* pro *προσιόντα αὐτὰ* ſchema eſt Diodoro noſtro frequentatum. Sic p. 490. 21. *τῆς γυναικὸς κωλυθείσης* — *ἔγημε*, pro *ἡ γυνὴ κωλυθεῖσα*, & ibi not. Weſſelingi. Sic p. 261. 57. *προμήθεως παραδόντος*, pro *προμήθεα παραδόντα*. T. II. p. 491. 82. 500. 44. 501. 30. 547. 92. 552. 1. 603. 95. *ult.* *τοῖς ὄγκοις* idem eſt atque *ἐν τοῖς ὄγκοις tangi in cute.*

223. 45 f. *σορούς*, *ſandapilas*.

225. 44 f. *ὑπερβάλλειν σπουδάσαντας τὰς ἐνεργεσίας*. 56 diverſas hic facit Baſiliam & Rheam,

Rheam, totus tamen contextus narrationis monſtrat diverſa ea nomina ejuſdem numinis fuiſſe.

228. 58 ἐμμέλειαν. hoc ſane vocabulum ea in re proprium eſt. ſignificat non ſolum grave & ſedatum in muſica, ſed etiam τὸ ποικίλον καὶ ἀπηκριβωμένον. cf. p. 271. 86. & 96. 96 f. ἐν δὲ Κυβέλῳ, *in monte Cybelo*. v. p. 226. 11. ἱδρυσαμένους nullum eſt dubium recte Weſſelingum conjeciſſe.

229. 44 αἱ Ἀτλαντίδες.

231. 26 aut prorſus delenda ſunt verba διὰ τὸ τοὺς ἀνθρώπους Δήμητραν τὴν γῆν νομίζειν, aut transferenda in vſ. 24. & locanda ante καρποφορεῖν.

232. 43 aut delenda ſunt καὶ τεθεῖσθαι τὴν προσηγορίαν, aut deleto ὀνομάσθαι καὶ ſic legendus eſt locus: ὑπὸ τῶν ἀρχαίων τῇ γῇ τεθεῖσθαι τὴν προσηγορίαν, καὶ Σεμέλην μὲν ὀνομάσθαι ὑπὸ τοῦ σεμνὴν &c.

233. 99 praeſero ἑτέραν, lectionem quorundam Codd. exiſtimoque hanc ſententiam eſſe obſcuri loci: *ſignificantes diverſam eſſe Dionyſi* ſeu Bacchi *hujus naturam ab natura Dionyſi Indi*, qui barbatus fingebatur.

237. 8 aut ἀρδευομένοις poteſt probari, aut καὶ ὕδασιν legi.

240. 41 αὐτόν. Nam αὐτοὺς tam neceſſe, atque hoc, non eſt, & facile ſuppletur a praecedente πάντας.

LIB.

Lib. IV.

249. 20 f. ἐνθεσιάζειν. 29 Palmerii conjecturam praeter alia viris doctis prolata etiam hiſtoria nuptiarum Cananaearum apud Evangeliſtas celebrata refellit, ubi aliquis dicit: *Initio epularum bonum vinum datur, tum ſequius.*

256. 69 ἐπέπεμψεν.

260. 18 ſi δύσκολον hic deleatur, non modo non abſurdum, ſed rectum & neceſſarium erit deinceps κατανοῆσαι, quod in uno Codicum fuit. *difficile eſt animo concipere, quomodo ſuperet* — 30 τῆς & τȢ] poſſunt hi Genitivi a praecedente vocabulo τέχνης pendere videri, & ſubaudiendum eſſe τεινȢσας vel ſimile quid. videtur tamen potius aliquid hic deeſſe.

262. 33 ἐπὶ τȢτοις ſi bene habet, erit ſententia: *expeditionem, quam ejuſmodi difficultates premunt.* mallem tamen ἐπὶ τȢτȢς, *adverſus hos.*

265. 68 θάμνȢς, ἐν αἷς αθορύβως τεκȢσα.

267. 14 miror, quare ἄνδρας γενέσθαι & Ȣς ὀνομάζεσθαι receptum e Codd. non fuerit, quum vulgata ferri nullo modo queat. 39 κυανέον bene habet. ἔχȢσα eſt enallage Nominat. pro Genit. dictum. *nam quum habeat ille lacus aquam puriſſimam, apparet ea aqua caerulea.* v. Weſſeling ad p. 148. 80. 44 apparet ex h. l. Diodorum haec ſcripſiſſe, antequam Agrippa lacum hunc mari jungeret, quod factum A. U. 717. *v. Dion. Caſſ. 48. 50. p. 565.*

270. 55 ἔτοι bene habet, eſt idem atque *quantum ad hos attinet*. 60 παρέϛησαν ſoli congruit vocab. θυσίας; accommodatum tamen eſt etiam alteri, cui non congruit, ἀπαντήσεις, ex illo ſchemate, de quo multis egit Dorville ad Charitonem p. 394. ad 401. & ipſe Weſſeling in not. ad h. l. Voci ἀπαντήσεις reſpondiſſet potius ἐποιῦντο. Par eſt illud Herodoteum L. I. 32. p. 13. 28. ἄτην μὲν καὶ ἐπιθυμίην ἐκ ὁμοίως ἐκείνῳ δυνατὸς ἐνεῖκαι. ubi ἐνεῖκαι vel ἐνέγκαι reſpondet voci ἄτην, non voci ἐπιθυμίην, cui congrueret ἐκτελέσαι vel ἀνακλῆσαι, ut e praemiſſis patet.

272. 21 exempli τῦ ὅτι cum Infinit. conſtructi ſic, ut ὅτι redundet, a Weſſelingo huc collatis addi poteſt Photius Bibl. p. 197. 34. 50 ὕϛατον. 52 ante διαπαλαίειν aegre fero αὐτῷ deeſſe. 53 ante τῷ Διὶ videtur ἐπὶ τῷ deeſſe, *qui, quo Iovi acceptas victimas offerret, advenas mactabat*.

276. 2 aut αὐτὸν in αὐτῦ eſt mutandum, aut utrumque jungendum, ut primum ad Iphitum, alterum ad Herculem redeat. 5 τῶν φόνων. nam non de ſolius Iphiti caede loquitur, ſed etiam alios in animo habuit, quos Hercules peremerat.

277. 44 poſt ἀγχολησθεὶς deeſt ἐπαύθη, vel ἠφρόντησε, vel ſimile quid.

281. 34 καὶ delendum.

284. 47 f. τράγον leg. eſt loco *apri*. non enim *ſolita victima* eſt aper, ſed hircus; praeſertim quum hic adjungatur aries. quod ſi tamen vulgatur

gatam aliquis tueri malit, quia Herculi cum apris ſaepe negotium & pugna fuit, non adverſabor.

287. 89 κατωρυγμένοις, aut ſi vulgata proba eſt, erunt ſequentia καὶ μάστιξι πληγαὶς συνεχεῖς λαμβάνουσι ejus ſcholium ideoque delenda.

288. 36 συγκρίνωμεν ſuſpectum eſt. Sententia flagitat ἐκτιθῶμεν vel ἀπαγγέλλωμεν. 54 ἦν τόλμη.

290. 38 αὐτὸς. 42 τέμενος] f. δέρος.

294. 19 συνενθεαζούσης.

297. ult. μαρτυρομένης.

299. 32 καὶ δόντος.

301. 97 τετταράκοντα] num τετταρακοσίων.

305. 62 τῶν κακῶν.

307. 64 τῷ δ' ἑτέρῳ. 83 μὴ delendum.

320. 2 f. πρίζων τὴν ξυλίνην ὕλην, ἔδοξεν ἐυχρηστεῖν ἐν τοῖς ἔργοις εὑρηκέναι ἐργαλεῖον, ὄφελος μέγα πρὸς —

321. 79 καλουμένῳ. *in agro Agrigentino ad flumen Camicum dictum condidit urbem.* Sic expedias omnes difficultates, quas longa oratione ventilavit Ioſeph Maria Pancrazi Clericus regularis Teatinus in Antiquita Siciliane Spiegate Neapoli 1751. T. I. P. II. p. 6. ſqq.

325. 37 f. μετὰ τῆς μητρὸς καὶ τῶν νυμφῶν.

326. 2 apparet ex h. l. non licuiſſe faeminis omnium urbium Romanae reipublicae parentium aurum corpore ferre, niſi quibus id peculiari gratia indultum eſſet. Neque Romae id ipſum faeminis *ſemper licuit*, ut conſtat e Livii L. ubi

narrat

narrat tumultum ob χρυσοφορίαν Romae natum anno a finito Punico ſecundo bello proximo.

L I B. V.

331. 26 τῇ ἐπιγραφῇ. 44 tueor ἀνακάλυπτρα. nam ſic quoque δίδακτρον, μήνυτρον & ſimilia dicuntur.

336. 60 aut accipiendi ſunt hi Dativi pro Genitivis Conſequentiae, quorum ſaepe locum illi ſubeunt, more Latinorum, de quo ſchemate v. Weſſeling ad II. 187. 66. aut αὐτῷ vſ. 61. delendum eſt. exempla Dativi pro Genitivo Conſequentiae poſiti habet Dionyſ. Halicarn. 438. 17. Diodor. Sic. I. 408. 26. Plutarch. II. 169. 35.

337. 6 aut delendum eſt cum puncto διόπερ, aut deinceps deerit aliquid. nam προστησάμενοι pendet.

338. 67 aut delendum eſt γὰρ una cum praecedente puncto, aut deſunt quaedam. 71 δὲ redundat, & quamvis loco motum non eam, non tamen deſiderarem, ſi abeſſet.

347. 57 f. ἐν αἷς κατεχόμενον τὸν κασσίτερον κατεργαζόμενοι.

350. 5 veterem lectionem hujus loci novae equidem praetulerim. Cf. p. 357. 47.

351. 26 poſt συνεχῶς inſerenda ſunt verba ἵνα διαφανεῖς ὦσιν, *ut rutilae fiant comae*, quae e nova Edit. fuerunt expuncta. 50 lectionem καταστάντες recte tuetur Weſſeling, & uſum ejus verbi *pro conſurgere adverſus alterum*, *ſe opponere alteri*, conſiſtere cum altero pugnandi ergo,

plu-

pluribus exemplis probavi ad Polybii 1309. 29. Poteſt quoque ſimplici & conſueto modo per *delati* reddi.

352. 77 mallem τῦ θάρσυς.

352. 1 in Cod. Coislin. eſt χαλκῶς. Voluit librarius χαλκεῶς, quod paene malim, quam vulgatam.

353. 16 πηχυαῖα, in neutro. redit enim ad τὰ ἐπιθήματα *das Beſchlaege*, ferrum quod ligno haſtae affigitur. mallem quoque deinceps λείποντα. quamvis enim λόγχη proprie ſit *cuſpis haſtae* abſque ligno, poſuit tamen hic loci Auctor pro tota haſta.

354. 21 debuerat μείζυς e Codd. praeferri. 29 delenda videntur (nam ſcholium ſapiunt) καὶ τὰ πολλὰ αἰνιττόμενοι. Item vſ. 31. ἀπειληταὶ καὶ. nam ἀναστατικὸς & ἀπειλητὴς nihil differunt.

355. 70 πάλιν ſatis poteſt locum tueri, ſi accipias pro *ex adverſo, e contrario*. Scythiae nomine Diodorus etiam Germaniam complectitur.

356. 35 aut admittenda eſt lectio Cod. Mutinenſis, quae neſcio quid ſcitum & eximium habet; aut loco καὶ reponendum τῶν.

358. 7 παρήκοντα. aut ſalvo παρήκει, deinceps leg. eſt καὶ διείργοντα aut διείργοντά τε.

359. 72 f. ὐ ταῖς ἐλπίσι, ἀλλὰ τῷ ἔργῳ μεγάλυς. 30 f. διόπερ ἐν ὐ πολλοῖς χρόνοις. ult. f. ἐπὶ πολὺν λαβόντες τόπον αὔξησιν, niſi malis Weſſelingum audire.

361. 26 εἰς τὸ μηδὲν μηδενί.

363. 30 f. ἀποβεβληκότες, ἐν δὲ πότοις.

364.

364. *ult.* f. διαίϱιον.

365. 16 poteſt vulgata quodammodo defendi, ſi πολυτέλεια accipiatur pro *praeſtantia*. Eſt tamen durior dictio πολυτέλεια τῆς εὐφυΐας, quare cum τε verſ. ſuperiore 15. deſit in uno Codicum, malim ſic legi: τὴν πολυτέλειαν τῆς κατασκευῆς καὶ τὴν τῶν τόπων εὐφυΐαν. 21 ἔϱνεσι abeſſe nequit. eſt idem atque δένδϱοις. 26 καὶ τέτῳ ἀϱδευομένων πάντων τῶν τῦ πεδίυ τόπων. 29 πλήθη.

366. 41 τῆς ὥϱας aut τῆς ὀπώϱας.

367. 17 f. κομψαῖς.

368. *ult.* τὴν νῆσον.

369. 79 παλαιὸν, adverbialiter, *olim*.

375. 34 τῶν ὑγϱῶν.

381. 78 aut συνεχομένυς aut πεϱιτυχόντας delendum.

382. 22 θέσιν] f. θέαν.

384. 9 καὶ μνήμην videtur, ut ſcholium, delendum, v. p. 134. 67.

385. 68 μηδ' ἐσχάτη recte habere monſtrat praecedens ὡς μηδὲν πϱοσηκύσης. Nam ſi frugum colendarum ratio Siciliae etiamſi poſtremae tradidiſſet Ceres, monſtraſſet eo inſulam ad ſe pertinere. at ſi nunquam dediſſet, ne poſtremae quidem, monſtraſſet eo, inſulam ad ſe nil facere.

387. 53 f. τὰ πεϱὶ τύτων ἐπικϱιθέντα πϱῶτον, δι' ὧν ἐπισημαίνεται. tunc primum conſpecta fuiſſe in ſacris ea ſigna, quae circa talia conſiderari & dijudicari ſolent ſignificantque victoriam.

391.

391. 11 καὶ τȣ̃ πολλȣ̀ς. inventorem fuiſſe τȣ̃ ἀποθησαυρίζειν πολλȣ̀ς τῶν καρπῶν.

396. 3 f. καὶ ταύτης τῆς νήσȣ κατακτησάμενοι πόλεις τινὰς, ᾤκησαν ἐν αὐταῖς. *Et occupatis inſulae hujus* [Cretae] *urbibus quibuſdam, eas incoluerunt.* ᾤκησαν etiam in uno Codicum eſt.

399. 26 καλȣ̃νται.

Lib. XI.

404. 70 ἅμα μὲν ταῖς.

405. 91 num γενησομένȣς, *eos, qui deinceps erunt.* Poteſt tamen Aoriſtus etiam futuri vices gerere, ſi ſubaudiatur ἂν. τȣ̀ς γενομένȣς ἂν, *ſi qui forſitan fuerint.* 14 f. τὴν Ἑλλάδα, ut p. 114. 71.

407. 75 ἐὰν μὲν μόνοι χίλιοι.

non potui, quin paſſim locorum hujus, opuſculi in profeſſorem linguæ Græcæ regium ſtomacharer, hominem, quem ſiniſtra ſua ſors ad edendos auctores Græcos, eoſque non proletarios, velut ad ſcopulum, appegit, quos non intelligebat, rei fortaſſis alii omni bene gerendæ, præter hanc unam, aptus natus. Sanatos ab eo locos Dionis haud paucos fuiſſe diffiteri nolim: inſtructus enim erat codicibus manu exaratis; quos ſi licuiſſet alii inſpicere, Græcarum literarum magis callenti, dubium non eſt, quin emendatiorem et integriorem habituri eſſemus Dionem. At Dioni perſanando, ejuſque interpretationi emaculandæ non magis par erat Morellus, quam Libanio edendo & interpretando. Sæpe quoque deprehendi operas ejus pro una Venetæ menda, a Morello correcta, aliud novum vitium creaſſe, quod ſocordiam ejus in recenſendis ſpeciminibus typographicis demonſtrat. Habet tamen nihilominus Morelli editio, quo palmam Venetæ eripuit, doctiſſimam puta *Iſaaci Caſauboni* diatriben, ut auctor inſcripſit, parente ſuo digniſſimam,

 opti-

optimæ notæ animadverſionibus refertam, ut ſunt divini hominis omnia. Qui ſi Dionem edendum & emendandum ſuſcepiſſet & fuiſſet profeſſus, vix videtur nobis, quod ageremus, reliquum facturus fuiſſe.

Pariſina hæc editio Dionis ad hunc diem eſt noviſſima. Sunt quidem ejus exemplaria nonnulla, quorum tituli annum 1623. præferunt. Verum ea fraus fuit librarii cujuſdam inſtitoris, qui, ut mercem frigentem promtius extunderet, vetus elogium novo, cæterorum nihil, mutavit.

Fuerunt interea viri aliquot docti, qui Dionem ſcriptis illuſtrandum ſuſcepere. fuerunt quoque, qui eum a ſe rurſus edendum promitterent, ſed abſque effectu. Poſt Caſaubonum nemini plus debet Dio, quam *Henrico Valeſio*, viro ſummo. Hoc eſt illud par virorum, a quo tantum in literis me profeciſſe, quantum ab alio nemine, profiteor. Valeſius igitur, & alibi ſuorum operum, ut e. c. ad Ammianum Mar-

cel-

cellinum, nullam omittit occaſionem cauſſamque de Dione bene merendi, & totum ſecundum librum ſuarum Emendationum in eo emendando & explanando conſumſit. quas Emendationes, munus egregium & ſummi faciendum, *Petro Burmanno* juniori, V. C. grati debemus. Non inutile duxi illas Valeſii ad Dionem pertinentes emendationes, ni fallor, omnes, ſuo quamque loco, in hoc opuſculo noſtro breviter repetere, prout res exigeret, probandas aut damnandas.

Eundem honorem non habui emendationibus, ſeu potius conjecturis illis ignoti hominis *Angli*, quas vir de bonis literis & de me quondam optime meritus, *Io. Chriſtophorus Wolfius*, tomo primo Anecdotorum Græcorum ſua cura cum eruditis communicatorum e bibliotheca Bodlejana edidit. Quis earum auctor ſit, multæ diverſæque feruntur conjecturæ, omnes incertæ. Certius ferri poteſt de earum pretio judicium. Sunt in illis non multæ haud ſpernendæ; ſed numero plurimæ malæ

ſunt,

ſunt, & auctori ſuo relinquendæ, longeque infra Caſauboni & Valeſii doctrinam atque acumen ſubſident. Poſtquam igitur mihi conſtitit, illas Angli conjecturas magni faciendas non eſſe, operæ pretium non duxi, ut cum ipſis eandem inirem viam, quam cum Caſauboni diatribe inii. Hanc enim diligenter cum ſchedis meis contuli, & ſi quid in illis occurreret, quod ſummus Vir jam notaſſet, id illico expunxi, ne inventis illius, quibus tuendis vel ſolum Caſauboni nomen ſufficit, ab auctoritate mea pondus aliquod adjicere velle viderer. At cum Anglo non videbam quare laborem eundem ſuſciperem, cujus quæ bona eſſet ſeges, non ſine moleſtia ex acervo vitioſæ eſſet eruenda. Quare ſi contingat, quod futurum prævideo, ut lectores hujus opellæ in ea nonnulla deprehendant mihi cum Anglo communia, rogatos eos volo, ut id Anglo a me furtim ſurreptum habere nolint.

E Fabricii loco paullo ante indicato diſci, circa Annum 1716. cepiſſe *Wil-*

bel-

helmum Piers, collegii Emanuelis apud Cantabrigiam quondam ſocium, Dionis rurſus edendi conſilium, eoque de conſilio ſuo viros doctos edito ſpecimine certiores feciſſe. Quod ſpecimen Fabricio ita placuit, ut de Pierſii inſtituto bene ominaretur. Sed ſucceſſu res caruit, neque ſpecimen vidi.

Wolffius in fine præfationis ad primum Anecdotorum Græcorum volumen ſignificat, idem ſaxum ſe quoque circa Annum 1710. volviſſe. verum & ille pariter conſilium hoc, quacunque tandem de cauſſa, abjecit. quod prudenter eum feciſſe dicerem, niſi memoria caritatis, qua me amplexus fuit, nudum amici latus a me tegi ſuaderet.

Quinquennium eſt, ex quo prodire ceperunt Francico ſermone conſcriptæ vitæ oratorum Græcorum, ignoto auctore. noluit enim nomen ſuum edere. Annus 1751. primum volumen, ſequens alterum tulit. Illud Iſocratis, hoc Dionis noſtri vitam enarrat, & ingenii mo-

nu-

numenta, quæ ad nos pervenerunt, recenſet atque judicat. Præclarum inſtitutum, tantoque magis continuari dignum, quanto rarius Francica natio hac ætate noſtra ad hoc literarum genus defertur. Trivit ſane Dionem vir ille doctus, quiſquis fuerit. quæ de vita & ſcriptis Noſtri tradidit, valde mihi placuerunt. Ejus autem interpretationem Francicam orationis primæ, ſeptimæ & undecimæ (hæ enim ſunt, quas illi patrio ſermone reddere placuit) cum Græcis comparare non libuit, intellecto, me ex ea re aut nullum uſum, aut exiguum eſſe laturum. Nullibi eum Valeſianarum emendationum mentionem feciſſe, miratus ſum. Francus homo Franco notus eſſe poterat & debebat. Miror quoque viri judicium, cui putidum nugacis monachi & omnis hiſtoriæ rudis commentum de vita Dionis ita arridere potuit, ut non tantum typis & luce publica dignum id putaret, ſed etiam pro pretioſo & incomparabili priſci ævi monumento, omnibuſque veneribus exornato, lectoribus obtruderet, atque diligenter & accurate commendaret. Nubem pro Iunone.

Ad

Ad me jam venio. Ipſemet in Dione palæſtræ hujus Græcæ tyrocinium poſui. Anni jam ierunt octodecim, ex quo in tomo tertio voluminis noni obſervationum Miſcellanearum Amſtelodamenſium p. 375-379. obſervationes meæ ad Dionis orationem tertiam & trigeſimam prodierunt. Agebam eam tum temporis ætatem, quæ deformes tantummodo & immaturos ingenii foetus veniaque, non laude, dignos eniti valet. Quantas tum habebam optimo Dorvillio gratias pro indulto iſti abortui loco in Collectione illa, cui edendæ præerat: (tumebam enim ambitione, & cupiditate in publicum prodeundi moræque omnis impatientia flagabram:) tantas ei nunc habiturus eſſem gratias, ſi ſalutari ſævitie maluiſſet, quam lenitate noxia, erga me uti, locumque mihi negaſſet in arena, in qua me caſurum bene norat. Vtinam dedecus illud mei nominis æternis tenebris damnaſſet! Iaceat deformis foetus, a patre repudiatus, &, ſi nullum alium, eum ſaltim præſtet uſum, ut doceat, me immatura adhuc ætate Dionem amaſſe & lectitaſſe.

Quæ

PRAEFATIO.

Quæ nunc in eum edo, perfectiora ſunt & magis maturata, ut, quamvis omnes Dionis mendoſos & obſcuros locos a me neque emendatos neque illuſtratos fuiſſe probe teneam ultroque profitear, nihilo tamen minus confidam, hanc meam operam futuro Dionis editori, lectoribuſque utilitatis haud parum allaturam eſſe.

ORAT. I.

I.

5 ὑπὸ τοῦ ἐμμελοῦς τῆς μουσικῆς, *a ſerio & gravi muſices illius.*

2. 1 ἐρεῖν deeſt Edit. Venetæ, & poſſumus illo verbo carere. 14 βουλομένους ἰέναι. redit enim ad λόγους. 19 Melius ita ordinabuntur verba: οὕτω καὶ αὔλημα ἠπίστατο, δικαίαν καὶ φρόνιμον. 24 ἄξιος. redit enim non ad αὔλημα, ſed ad Timotheum; aut alias ſervato ἄξιον, addendum erit αὐτόν.

3. 1 poteſt ἀλῆται defendi & habet magnam ſpeciem. Nam ſub Domitiano vitam fugitivi & erronis egerat Dio, neque diu poſt reditum a ſuis erroribus hos libellos ad Trajanum ſcripſit. mallem tamen ἀθληταί. ἀθλητὴς σοφίας eſt ille, qui ſe in exercenda ſapientia occupat; facta dictio ad illam Demoſthenis p. 495. ἀθληταὶ τῶν καλῶν ἔργων καὶ πάσης ἀρετῆς. Diodor. Sic. II. p. 551. 40. Philoſtrat. p. 685. 28. 748. 19. v. Noſtri p. 22. 10. 2 οἷς δυνάμεθα, i. e. οὓς πόνους πονεῖν καὶ ἃ ἔργα ἐργάζεσθαι δυνάμεθα. 4 πρὸς αὐτοὺς καὶ τῶν ἄλλων τοὺς ἀεὶ ἐντυγχάνοντας.

14 *ἀψόμενον*, eam diſputationem, quæ noſtrum animum e proximo & maxima cum vi feriat atque percellat. 20 *ὡς*] l. *ὅσα*. brevi ſermone complectentes ea omnia, quæ inſunt in illo, cui Iupiter ſceptrum dedit. 23 *ἵνα σφίσι ἐμβασιλεύῃ*] Veneta *σφισι βȣλεύησιν*. 30 adſcripſerat Vir doctus, neſcio quis, margini Edit. Venetæ, qua utor, *βȣλεύεσθαι* pro *βασιλεύεσθαι*. recte vero. *βασιλεύειν* & *βȣλεύειν* permutari patet ex allato modo exemplo variæ lectionis v. 23. Idem Vir doctus hanc adſcripſerat interpretationem: *neque alio jure, quam ut conſulat. τὰ δίκαια, jura.* Eandem quoque ſententiam Lat. Interpr. Naogeorgus expreſſit; unde conſtat emendandum eſſe, *ȣ̓δ' ἐπ' ἄλλοις δικαίοις*, *neque aliis legibus vel conditionibus.* 42 aut in *οἷον* aut in *αὐτὸν*, aut in *ἀξιοῖ* vitium eſt. poteſt enim aut *οἷος* legi, ſervatis reliquis; aut *αὐτὸς qualem ipſe*, Homerus puta, proxime præmiſſo voc. *τις* deſignatus, *cenſet oportere noctem totam non dormire;* aut denique poteſt legi *ἀξιȣ͂ν*. *οἷον ἀξιȣ͂ν* idem eſt atque *οἷόν τε ἀξιȣ͂ν*, vel *δυνατὸν ἀξιȣ͂ν*, *qui poſſit eam ſibi legem ferre, ut totam noctem non dormiat.* Ego equidem *αὐτὸς* præferrem, emendationum, quas hic poſui, mediam.

4. 7 poſt *ἄνδρες* habet Veneta *δέ*. Vnde efficio: *καὶ ἄνδρες δὲ καὶ γυναῖκες*. 8 hi tot Indicativi ſubjunctivis ſunt mutandi ob præcedens *φῶσιν*, ſc. *θαυμάζωσι, ὑπακȣ́ωσιν, συγχωρῇ* & *ποιῇ*. 36 aut pro *ȣ̔́τως* legendum eſt *μᾶλλον*, aut pro *ἢ* ſubſtituendum *ὡς*. *ὡς ὅσις*.

5. 20 τοὺς αὐταῖς συνόντας. 23 ὠφελοῦσι, καὶ ἀεί. 26 τοὺς δὲ συνήθεις, φίλους, μὴ (vel μηδὲν) καταγελῶντα. etiam in Veneta non μηδὲ, ſed tantum μὴ eſt. 30 ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις.

6. 6 f. παντὸς aut πάντων, *in rerum & locorum omnium tutiſſimo eſſe.* 23 ἐκεῖνα aut delendum eſt, aut ei præponendum eſt πράττει. *animalium meticuloſiſſima quaeque & maxime degeneris animi faciunt iſta,* ſcil. *mentiuntur* & *decipiunt.* 29 ſententia hic perturbata ſic ordinanda eſt, ut vocabula πολεμικὸς & εἰρηνικὸς locum permutent. *tantum ſtudet paci, ut in poteſtate ſua ſitum habeat* τὸ πολεμεῖν (ſic legendum) *ſumendi belli arbitrium,* & *bello eo uſque dat operam, ut nihil relinquat ſuperſtes, unde belli ſit metus.* 40 Eſt quidem plebs urbana maxime ſtolida & nugax, huic tamen loco epithetum ἀνόητον minus convenit; quam ἀνόνητον *inutilem popellum:* opponitur enim militibus patriæ utilibus ob arma, quibus eam defendunt. 42 aut delendum γε, aut leg. ὅμοιον παρ' ἐμοίγε κριτῇ πέπονθεν. 43 aut delendum μὲν, non enim apparet ei oppoſitum δὲ, aut v. *penult.* poſt φυλάττουσι addendum aliquid in hanc fere ſententiam: τοῖς δὲ λῃσταῖς (vel καμήταις) συνδιαιτῶτο. 44 μήτε συνάγῃ.

7. 1 τῆς ποίμνης. editum eſt vitium typorum ex Ed. Veneta propagatum. 10 ἀναγκάζοι] l. aut ἀνασκευάζει, *deſtruit,* aut ἀτιμάζει, v. p. 9. 39. & 16. 36. 19 δυσχεραίνειν] quum in Veneta mox non ἀτυχίαις ſit, ſed εὐτυχίαις, mallem legere: τίς δὲ συγχαίρειν ἑτοιμότερος ἐν ταῖς εὐτυχίαις.

τυχίαις. 34 *βασιλεὺς, οἷον*, non *ὄν*. præceſſit enim *τοιȣ̃τος*. 38 *τὸν* delend.

8. 14 *μακάριοι δὲ ἡμεῖς οἱ σȣ̃ μετέχοντες*. 15 *τὸν νῦν εἰρημένον*. 16 ad hoc *μὲν* reſpondent ea, quæ p. 10. 26. leguntur, ubi filum orationis tantiſper interruptum reſumitur & continuatur. 19 *ἐπιμελεῖσθαι*] f. *ἐπιδείκνυσθαι ſeſe monſtrare;* aut deeſt aliquid, e. gr. *ἐπιμελεῖσθαι τῶν ὑπηκόων*, vel ſimile. 37 *αἰτίας*] imo vero *δηλωτικὰς* vel *σημαντικάς*.

9. 9 *δέον ἐγγενέσθαι*. 12 *γε*] l. *τε*, *& quale ſit univerſum*. 14 poſt *σώφρον* aut in hac regione deeſt *ἐπαγόμενος ſecum ducens*. in *αὐτός τε* reſpicitur ad *ἡμᾶς τε* v. 18. probum itaque eſt, neque debebat a Caſaubono improbari. 16 *δαίμονος*] l. aut *δαήμονος, gnarae*, aut *εὐδαίμονος*. 21 *νόμοις τοῖς αὐτοῖς κεκοσμημένȣς*. 39 *τε*] l. *δέ*. *ult. κοσμῇ*] ſubaudi aut e ſuperioribus *τὴν ἐπιτροπὴν, mandatam ſibi provinciam*, aut *ἑαυτόν*.

10. 2 *ἂν*] l. *αὖ, qui autem e contrario*. 10 *παρὰ μοῖραν*] *invitis Parcis*, aut *majus opus, quam pro ſorte ſua & facultatibus a natura ipſi tributis*. 14 v. Duporti Gnomolog. Homer. p. 264. 29 *ἐπεὶ δὲ πλεῖον ἐςὶ καιρȣ̃ τȣ̃ παρόντος*, ceteris deletis. 39 *ὡς γὰρ ἔτυχεν*] reſpondent & cohærent his *καὶ δή ποτε* - p. 11. 5.

11. 3 v. Daviſ. ad Maxim. Tyr. Orat. 4. ſect. 5. p. 507. 8 dicitur aliqua regio *πολλὴν ἱςορίαν ἔχειν*, in qua ſunt loca multa rebus memorabilibus ibi geſtis clara, viatorem celebritate ſua ferientia. 11 recte præſtat margo: *παρὰ τὸν Ἀλφειόν*. 12 *μέχρι μέν τινος ȣ̓κ ἀπετύγχανον τῆς ὁδȣ̃*.

ὁδȣ̃, *aliquantiſper recta via abſque errore procedebam, interea vero, ſic procedens deferor in ſylvam.* Animadvertit quoque vitium & ſententiam recte expreſſit Interpres. 15 ἐπὶ βȣκόλι' ἄττα καὶ ποίμνας φερȣ́σας. 19 ἄλσος.

12. 5 ἀνδρὶ καρτερῷ, πλείστης τε ἄρχοντι χ. 12 ἐπίπνοιαν, *afflatum, inſpirationem,* commendat Caſaubonus, & ſic quoque locum hunc affert Weſſeling ad Diodor. Sic. I. p. 685. ubi eum exponit occaſione voc. φήμη, quæ eſt omnis vox vel ſonus, quo Dii voluntatem ſuam aut futura hominibus ſignificant, omen, ὀττεία, κληδών. poteſt tamen mea ſententia ἐπίνοιαν ſervari, ſi παρὰ θεῶν interpreteris *ſuggerentibus Diis. ad cogitationes, conſilia, inventiones a Diis ſubmiſſas, hominum animis inditas, hominum argutiæ nauci ſunt.* 15 θείας τε βȣλήσεως. 25 f. καὶ πονηρȣ̀ς ἐκόμισαν. διόπερ ἄκȣε δὴ τȣ̃δε. 36 ἀρχὴν, οἱ δ' Εὐρ. *Verum, quia Hercules ipſe per ſe peregre ſuſcipiebat expeditiones bellicas, tuendorum ergo finium, hi Euryſtheum ajunt regnum tenuiſſe - - -* ὅτι v. 34. non eſt *quod,* ſed *quia, quoniam.* 39 f. ταῦτα δὲ λέγεται μάτην ὑπὸ τῶν τἀληθὲς ἀγνοȣ́ντων. ἐκεῖνος γὰρ ȣ̓ μόνον.

13. 10 ἀλλὰ καὶ βασιλείας. 23 comma poſt αὐτȣ̃ delendum: pertinet enim non ad πατὴρ, ſed ad ἐπιμέλειαν. 29 δι' ἑαυτȣ̃, *quum Pater videret eum, propterea quod per ſe vellet regnare, voluptates aliaſque copias alio nullo fine appetere, quam ut haberet, unde largiretur quamplurima quamplurimis.* 38 poſſet legi τὸν πεφυλαγμένον τε καὶ πεφυκότα ὀρθῶς, *cautum & attentum*

ſibimet beneque natum, & poſſet prius ad ſequens γνώμης, poſterius ad φύσεως referri. ſed potius puto pravo πεφυλαγμένον expuncto marginalem lectionem πεφυκότα in ejus locum ſubſtitui.

14. 2 e verſu 5. patet, ante δεινῶς aut excidiſſe aut ſubaudiri oportere ὅτω. ſequitur enim ὡς. 15 ἵνα simplex. εἰς repetitum fuit e fine præmiſſi voc. αὐτῆς. 30 τοῦτο δὲ ἦν πρὸς Ἡρακλέους *hoc autem ad mentem erat Herculis*, hoc maxime cupiebat Hercules. 33 in hoc verſu vitii nihil eſt. Sententia eſt: *ut videas diſcrimen aut præſtantiam reliquorum, quæ latent ſtultis.* Sunt autem illa reliqua ea, quæ in ſummo vertice ſpectabantur & gerebantur, quo non pertingebant oculi vulgi.

15. 16 ἔκγονος, *neptis*, ut eſt in Veneta. 20 ἔφη, ἥ σοι προσορῶσα. 22 comma primum & καὶ delenda. 24 Quare Dio τὴν εὐνομίαν Baſiliæ comitem addiderit, parum a Νόμῳ differentem, non ſatis video. deinde oritur e p. 17. 13. ſuſpicio aut pro εὐνομία editam a Dione fuiſſe τὴν Φιλίαν, aut ſane hujus memoriam ex hoc loco incuria librarii excidiſſe. 29 ἔτος] l. ὅτως, *tam prope* i. e. *admodum prope.* 38 δὴ] l. δέ.

16. 13 εἰσῆλθε] in Veneta eſt εἰσῆλθεν, quod V. D. emendabat εἰσῆλθον, & id quoque Interpres expreſſit. 15 diſtingu. καθημένην ὑψηλὴν, ἐξεπίτηδες προσπεισμένην. 19 f. ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ἔχοντι γλυφὰς, καὶ διαθέσει (in Dativo) *& variegato per artificioſam variarum materiarum diſpoſitionem.* διάθεσις eſt variarum materiarum per certa intervalla diſpoſitio, (ut alternatim ſibi ſuccedant. 24 ſi dictio hæc e Poëta ſumta ſit, quod ſuſpicor,

legen-

legendum eſt κινύμενος. 30 καὶ delendum. 36 aut ἀφεώρα, *alio ſpectabat*, v. p. 272. 33 aut ὑπερεώρα, *contemnebat.*

17. 3 ἠφίει, ut recte Veneta. 7 f. ἐγέλα ὅλῳ τῷ προσώπῳ. 19 αἱρέσει τῶν πραγμάτων. 22 præfero & hic & paullo ante v. 17. lectionem marginalem. 35 f. σωτῆρα νομίζομεν εἶναι. 37 καὶ μέγα βλάψειε. 38 ἀνειμένους] interpres videtur ἀνημέρους legiſſe, quia *immites* reddidit; verum Vulgata poteſt quodammodo defendi. nos quoque hominem improbum in omne flagitiorum genus ruptis vinculis & carceribus profuſum *ausgelaſſen* h. e. *exſolutum* appellamus. Fateor tamen ἀνειμένος hoc ſenſu valde inſolens eſſe. Lectioni ἀνημέρους hoc quoque pondus addit, quod in Veneta ἀνημένους legitur. *penult.* τυγχάνῃ. Hercules puta.

Orat. II.

18. 6 αὐτοὶ probum eſt & probandum: *illi ipſi ſermones.* 11 αὐτὸν, *ſemetipſum.* nam ὁ δὲ redit ad Alexandrum. 18 ἐνίοτέ γε μήν. 24 ἐν Δίῳ, majore litera. De certamine & feſto Olympiorum Macedonico apud Dium, urbem principem, celebrari ſolito v. Weſſeling ad Diodor. Sic. II. 125. *penult.* τοῦ παρίου ποιητοῦ] Archilochum deſignat. V. Strabon. p. 745.

19. 13 τῶν γε πλείστων. 22 niſi ἀνέχομαι præferre malis, poteſt ἥδομαι conjici. 27 παραβαλλόμενος. ſubaudi δῆλος, *quia prodebat ſe audacter conantem heroibus & ſemideis aequiparare.* In Veneta eſt παραβαλλόμενον, gemino λ, quod

noſtrae emendationi nonnihil confert. Conf. quoque Caſaub. ad h. l. 29 ὀλίγȣ ἄξιον κρίνεις. patet e ſequente dictione ἀλλὰ τȣ͂ παντὸς. 39 ἀπαίρξασθαι.

20. 23 ȣ᾽δέτεροι, *neutri,* uno vocabulo, ut eſt in Veneta. 40 Salmaſius in Dialogo de Coma p. 55. ſuadet, ȣ᾽ περιέκειρεν, αἴχιστα κομᾷν - ſed vulgata bene habet. περιέκειρεν idem eſt atque ἐπέδειξε περικεκαρμένȣς. *penult.* οἶδας ȣ᾽͂ν, ὦ - *vides ergo, intelligis ergo.*

21. 4 v. Daviſ. ad Maxim. Tyr. p. 599. 9 γυναικῶν κατάλεγον] v. Caſaub. ad Strabon. p. 72. Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 375. 10 τὴν γυναικωνῖτιν, ut Veneta. 11 f. τȣ͂ τȣ̀ς ἄνδρας. ſed non valde illo eſt opus. 17 πολὺ μᾶλλον τὸν Ἀχ. 21 ὄρος. 24 de Phoenice Achillis pædagogo vid. p. 22. & Philoſtrat. Heroica. 28 aut κυρίῳ ἄλλῳ συστρατευσόμενος, aut ȣ᾽ κυρίως, ἄλλῳ δὲ συστρατ. ſed præfero prius. 44 τῇ] l. τι. ἅμα τι idem eſt atque ὁμȣ͂ τι. redundat τι, aut *nonnihil* ſignificat.

22. 3 ἥδιστα μὲν ἀκȣ́οιμ᾽ ἄν. 6 αὐτὸς, ut recte emendat Caſaubonus, exſtat in Veneta claris literis. 13 εἴην, *ſi eſſem.* 16 ἀντιλέγειν. 23 δοκεῖ. nam de Homero loquitur. Vidit quoque Interpres. 33 δὲ] l. τε. 43 μὲν] l. μὴν.

24. 1 τρόποις τέρπεσθαι. τῇ δὲ ποιήσει προσέχειν - illud τέρπεσθαι cohæret cum ἀκȣ́οντας p. 23. 42.

25. 28 αὐτὸν] in Veneta eſt αὐτὴν. unde efficio ἀρετήν. 37 audacius dictum τὰ ἱερὰ κόσμοις ἱλάσκεσθαι. Diis convenit verbum ἱλάσκεσθαι,

σκεσθαι, *propitior reddi*, non templis, neque poteſt dictio excuſari, niſi dicendo, templa pro Diis, qui in illis coluntur, poſita eſſe.

26. 2 περὶ οἶνον] Videtur παροινῶν legendum eſſe, & e ſede ſua aberraſſe hæc dictio, & ſic ordinanda verba: καὶ ὀνύχων. οὐ γὰρ βασιλέως — ἀκολάστου δὲ γυναικός. οἷος ἦν ὁ Σαρδανάπαλος παροινῶν. οὐκοῦν οὐδὲ - p. 48. *antep.* etiam Sardanapalum foeminæ comparat. 10 ἔχουσαν, redit ad πόλιν v. 7. videtur tamen aliquid deeſſe. ſaltim ἡγουμένας. ſed forte plura deſunt poſt πρότερον inſerenda. e. gr. καὶ τὴν πόλιν δὲ θαυμάζω. 11 καὶ delendum. *illorum Laconum, qui apud Pylum capti fuerunt* a Cleone. 14 poſt ταλάντων videtur οἰκοδομηθὲν excidiſſe. Quamvis Olympium ab Adriano Imp. demum fuerit exædificatum, & imperfectum relictum dicatur a Rege Perſeo Straboni p. 607. ubi vid. Caſaubon. quamobrem oratio hæc Alexandro parum congrua videri queat, utpote opera ætate ſua poſteriora commemoranti, patet tamen e Pauſania p. 95. templi hujus ſtructuram Peloponneſiaci belli jam tempore a Pericle inſtitutam fuiſſe. 23 poſt ἀποδέουσαν deeſt τῆς, ſubaudi οἰκήσεως. non enim pertinebit hoc τῆς ad proximum nomen Semiramidis. Hoc ſi nolis, præſtabit pro βασιλέων v. 25. legere τῶν βασιλείων, ut conſtructio ſit οὐ πολὺ ἀποδέουσαν τῶν βασιλείων Σεμιράμιδος, *quae non multum cedat regiis Semiramidis* & cæterorum.

27. 5 poſt θυμιαμάτων videtur φυομένων excidiſſe. 17 πολυχρήματον καὶ πολύχρυσον αὐλήν. ſubaudi φησὶ e p. 26. 25. aut potius πεποίηκα

 ex

ex hujus p. 27. v. 27. mallem tamen hoc poſterius addi. 27 poſt πρὸς αὐτὸ deeſt aliquid, e. gr. τὸ ἐνοικεῖν, vel τὸ ἀναγκαῖον vel τὸ ἀρκεῖν. mallem quoque παρεσκευασμένην. *ult.* γενέσθαι πρῶτον, καὶ ἀπὸ Κρ. *Lycurgum Homeri primum exſtitiſſe laudatorem.*

28. 17 αὐτοῦ, *ipſius,* Homeri puta, aut *ex eo.* 24 poſt γιγνομένην videtur δηλώσων, aut δηλοῦν βουλόμενος deeſſe. *Ipſe declaravit, id non temere a ſe ſic confingi, ſed eo, ut oſtendat, qualem eſſe victum oporteat & quare aſſumi.* 41 τῇ] l. τῶν οἴκοθεν. *una quadam lena earum, quas domo ſecum extulerat. ult.* τρυφῶντα & παίζοντα.

29. 6 ἐπήρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον, idem eſt atque ἤρκεσεν ἐπὶ λυγρὸν ὄλ. *juvit adverſus mortem.* Locus eſt in fine Iliadis B. non ſine cauſſa vero Noſter v. 1. τὸν Κᾶρα dixit abſque nomine proprio, quia ſcil. apud Homerum dubium eſt, utrum de Naſta an de Amphimacho loquatur. 16 ψελλίων] pendet hoc a præmiſſo χρυσοφορίας, *geſtationes aureorum torquium.* 23 recte Veneta δεδιότες ob metrum. 26 σωτήριον ὄν. 38 ἱκανὸν ὂν σημεῖον. 41 ἱκανώτατός τε σοφιστής.

30. 4 recte Anglus emendavit αὐτὸν & V. D. quoque in codice meo Venetæ editionis. 14 ἔπειτα δὲ καὶ τῆς, ob præmiſſum μέν. 16 locum hunc exponit Valeſ. ad Amm. Marcell. XXII. 5. p. m. 359. 23 μὲν] huic particulæ reſpondet δὲ p. 31. 14. 28 niſi marginis lectio ἤγειρεν præferatur, poteſt ἦκεν legi. 32 ὅ τε Ἀχιλλεύς, [ſcil. ἦκεν aut ἤγειρεν] ὃς φθεγξ. 37 οἷον. redit enim ad παιᾶνα.

31. 3

31. 3 οἷα ἡ τῶν λακ. 5 πρέπεσα. 6 Verſus hos aliter ordinat & citat Valeſius ad Ammian. Marcellin. p. 408. 11 f. δόρυ δ' εὐτόλμω δεξιᾷ πάλλετε, μὴ φειδόμενοι ζωᾶς. ὃ γὰρ πάτρια τᾷ Σπάρτᾳ. *non enim mos eſt Spartæ* ſanguini ſuo parcere. In Veneta eſt ὃ γὰρ πάτρι τᾶς σπάρτας. Theodori Canteri rationem horum verſuum ad numeros redigendorum ex ipſius Var. Lect. I. 10. excerptam v. in Morelli ad h. l. animadverſ. 17 ἐπάγειν] f. ἐπαινέσει ob παραδέξεται p. 30. 24. 19 γε μὴν] ſuſpectum habui aliquando, ſed Dio paſſim γε μὴν pro *etiam* uſurpat. v. v. 34. & p. 48. 5. 33 διακρῖναι βέλος quid ſit non aſſequor. num διαδρᾶναι an διακρᾶσαι? ſed potius διακρέσασθαι dicunt. 40 ὦ 'ναξ, ᾧ (*cui*) δαμάλης ἔρως. δαμάλης bene habet. eſt Nominativus, non Genitivus, ſignificatque non *vaccæ*, ſed *domitor*. Heſych. Δαμᾶλ] l. Δαμάλην, τὸν ἔρωτα, ἤτοι τὸν δαμάζοντα ἢ ἀγέρωχον. Recte proinde Morellus hunc locum vertit, Caſaubonus autem in eo tractando parum feliciter eſt verſatus. 43 recte συμπαίζεσιν Veneta.

32. 4 nihil nunc extundo melius quam ὦ δὸς νῦν σφε δέχεσθαι *o da nunc, ut ille* (Cleobulus) *meum amorem admittat*, ſeu ut me redamet, ut ſe patiatur a me amari. 5 f. σκολιῶν τε καὶ ὕμνων εὐχὰς ἐπαινεῖν. pendet hic infinitivus ἐπαινεῖν a ſuperiore καλεῖν p. 31. 37. 13 μέγα χρυσίον] dubitavi aliquando de hujus dictionis probitate, ſed bene habet. μέγα χρυσίον eſt *magna auri maſſa*. v. Hemſterhuſ. ad Lucian. T. I. p. 39. 17 πολὺ δὲ μᾶλλον] ſubaudi εὔχεσθαι. 39 τῦ νῦν] ſub-

audi

audi καιρȣ̃. ſed mallem additum. 40 ἐν ἅπασιν aut ἁπανταχȣ̃ ob ſequens μάλιϛα δέ. 41 f. ὅτι πάντα πάντων ἄριϛον.

33. 15 μὲν delend. 27 πρὸς βασιλέως εἰκόνα. 29 τροφῇ μὲν γὰρ ἀρκεῖται (vel χρῆται) ἑτοίμῃ καὶ ῥᾳδίᾳ ἡσυχῇ νεμόμενος. 42 poſt ἄρχοντα deeſt χρὴ, ſcil. πράττειν.

34. 10 f. δίδαγμα, ut paullo ante. poteſt tamen δόγμα quoque locum tueri: *ſanctio, norma.* p. 43. 31. δόγμα βασιλέως eſt *norma regis*, juxta quam regem agere oportet. 18 f. ἄλλως. 41 τὸ ȣ̓κ- in neutro, *id quod ipſi non reſiſtit.*

35. 19 διαβολαῖς] Veneta διαβολῆς. unde efficio ὀξὺς πρὸς διαβολήν. 23 ὡς ἔλαττον ὂν αὐτȣ̃. 27 f. μετὰ δὲ αἰσχύνης. *id autem facit Iupiter cum ignominia eorum, quos abjicit.* 29 de Apollodoro tyranno Caſſandrenſium v. ad Plutarchi lib. de tarda Numinis ira dicta p. 984. 24. Non obſervavit decorum hic loci Dio; nam aut ex perſona ſua diſputat, quod ferri nequit in dialogis fictis, aut ex Alexandri perſona. Atqui quomodo potuit Alexander Apollodori mentionem facere, qui dudum poſt Alexandri fata demum coepit tyrannidem exercere? Sed hæc indulſerunt ſibi veteres ſcriptores, cujus rei exempla quædam in præfatione ad obſervationes noſtras Euripideas dedimus, juvat hic loci alia adjungere, unde conſtet, veteres decori perſonarum, quas in dialogis ſuis loquentes inducunt, ſæpe oblivifci. Sic in fabula Alexidis Lino dicta apud Athenæum IV. 8. p. 164. C. Linus magiſter præcipit Herculi, ut Heſiodum, Choerilum, Homerum, Epicharmum

afferat.

afferat. Deianira Sophoclis Trachinias incipit a ſententia Solonis Solone multo antiquior. Diogenes Cynicus apud Lucianum in dialogis Menippum ſæpe memorat ætate multo poſteriorem. Lucianus in Scytha Anacharſin fingit Athenas venientem, neque Græce callentem, & ideo rurſus abire paratum, quod neque intelligeret quenquam, neque intelligeretur. Toxaris tamen, Scytha pariter, eum retinet, & ad Solonem deducit, ubi ambo populares pariter expedite Græce loquuntur. Plutarchus in Convivio ſeptem ſapientium non ſolummodo Niloxenum Naucratitam introducit (atqui Naucratis teſte Strabone demum ſub Inaro in Aegypto & Artaxerxe in Perſide regibus, condita eſt) ſed etiam Aeſopo dithyrambos Pindaricos in os dat p. 150. c. fin. *edit. Wechel.* Inſigne exemplum oblivionis præbet Curio, Ciceroni in Bruto exagitatus c. 60. & 61. Curio, cum ſermo eſſet inſtitutus ſenatu miſſo, quem ſenatum Cæſar Conſul habuiſſet, reprehendit eas res, quas idem Cæſar anno poſt & deinceps reliquis annis adminiſtraviſſet in Gallia. De Leucone, qui rex Ponti per 40 annos fuit, v. Diodor. Sic. T. I. p. 713. 52. De Agathyrſo Scytha hoc unum reperio apud Herodotum, eum fuiſſe Herculis filium. 43 τε] l. γε. *penult.* καὶ delend. recte autem Dio verbis εἶπεν Ἀλέξανδρος lectori in memoriam revocat colloquium inter Alexandrum & Philippum fuiſſe a ſe inſtitutum, cujus rei memoriam excidere per iſtam longam interjectam excurſionem, in qua Dio ipſe loquitur, nil mirum erat.

ORAT.

ORAT. III.

36. 11 χρυσωμάτων. nam alterum, editum, mihi eſt ignotum. 25 recte Veneta: ἐπεὶ δὲ ὁρῶ, *deinde vero video:* ἐπεὶ idem eſt atque ἔπειτα. v. Xenopho Anabaſi p. 90. 1. *ed. Hutchinſ. minoris.*

37. 1 δὲ delend. 3 συνελόντι, in Dativo. 5 ἐπαινέντων ἁπάντων, recte exhibet Veneta.

38. 18 f. ὥστε μήτ' εἰπόντι τι, μήτε πράξαντι. 24 λέγεσθαι] ſententia flagitat δοκιμάζεσθαι aut ἐξετάζεσθαι.

39. 1 καὶ ſecundi loco ſcrib. οἱ. 3 ἀηδέστατον τὸ κολακεύειν εἶναι. 5 δικαίως ἐ ψέγεσθαι, *qui ſatis habeat & libenter acquieſcat, ſi non vitupe-retur juſta de cauſſa.* 13 aut ἀληθῆ leg. ut ad ἔπαινον redeat, aut πιστὸν μηδὲν, μηδὲ ἀληθές. 17 Theodorus Canterus l. 1. Var. lect. c. 10. e Codice Mſto, ut ait, hæc poſt νόμισμα ſupplet. οἱ μὲν γὰρ ὕποπτον αὐτὸ ποιῦσιν; ſed poſſumus illo ſupplemento carere, quod librarius ideo Dioni de ſuo largitus eſſe videtur, quia non videbat οἵδε poſitum eſſe pro ἦτοι, *hi,* ſed pro duobus vocabulis: οἱ δὲ, *illi vero,* accipiebat. 20 recte Veneta ὄντως. 28 f. ἥδεται πλεονεκτῶν μᾶλλον, ἢ τὰ δ. 34 poſt μᾶλλον deeſt εἴωθεν aut εἰκός. deinde μὴ hoc ipſo verſu deleo. 39 aut αἰσχρὸν aut κάλλιστον.

40. 1 recte Veneta ἑαυτόν. 6 καὶ mallem abeſſe, poteſt tamen locum tueri utcunque. id certius eſt v. 7. τοῖς ἔργοις eſſe legend. aut τὰ ἔργα ἐπιδείκνυσθαι ἐπιχειρῶν. recurrit tamen ἐπιχειρεῖν cum Acc. conſtructum p. 41. 38. 121. 30. & apud ipſum Iſocratem in orat. ad Demonic. v.

Vatry in Hiſtor. Acad. Inſcript. T. VI. p. 287. 18 f. μήτε σύ πυ κατ' ὀφθαλμὺς ἐθελῆσαι ἐπαινεῖσθαι. 26 φασὶ. 32 ταῦτα ob ſequens τῶν αὐτῶν, & ὐδέποτε ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν. *ult.* ἰατροῖς] Veneta ἰατρὸν. f. deleri oportet.

41. 3 ἄρχοντα, ob ſequens βασιλέα & præcedentia ἰατρὸν & κυβερνήτην. 9 ὁ excidit ante ἐκεῖνο. Interrogabat Socratem ille, qui ſuperiorem quæſtionem, de felicitate regis Perſarum puta, ediderat. Nam ἐκεῖνο non ad ſubjectam interrogationem, ſed ad orationis initio poſitam pertinet. 15 f. οἷον εἰ βύλοιτο. 22 aut διϊςὰς aut potius διαςήσας: In Veneta eſt διηςήσας. 24 f. τὸν ςρατὸν πεζὸν ἄγων, *univerſum exercitum* πεζὸν i. e. πεζῇ *terreſtri itinere per mare agens.* 29 poſt σοὶ videtur ἔφη deeſſe. 39 ἀσθενέςερος.

42. 2 τῆς] l. τὺς. 11 recte Veneta: ἄλλω, ἀλλ' ὐδ' ἑαυτῷ. 20 poſt αὐτῆς videtur αὐτῷ deeſſe. 23 poſt Μακεδονίας figo punctum, deinde ſcribo κρατεῖ. nam ea de re dubium non erat, ſed conſtabat Græcis tempore Socratis. 29 ὂν] l. ὃ 34 εἴρηκας] ſc. βασιλεὺς. 40 f. καὶ τοῖς ἄλλοις μεταδιδὺς τῆς αὐτῦ εὐδαιμονίας, καὶ ὐ δίχα θεὶς τὸ-

43. 2 ante κεκτημένος videtur φαίνηται deeſſe, aut διατελῇ, aut ſimile quid. 17 Σικυώνιον] v. Herodot. V. 67. 25. f. γνώμῃ ταύτῃ. πρῶτα δὲ δηλοῖ. 31 in Veneta eſt βασίλεια δόγμα, quod V. D. correxerat βασίλειον δ. mallem βασιλεῖ aut βασιλείᾳ δ. 32 βίαιος. 41 συμβῆναι] Anglus ſuadet συςῆναι, nulla cauſſa. bene habet vulgata.

gata. Sermo non eſt de illis, quæ conſiſtere & permanere poſſunt, ſed de iis, quæ contingere & coaleſcere, v. p. 44. 3.

44. 11 f. *καὶ πλεῖστον λειπομένη σωφροσύνη καὶ ἀρετῇ, ἡ δήμῳ.* ſervo *δήμῳ* Caſaubono improbatum, & interpretor *διὰ δήμου per populum.* 12 *καὶ* delend.

45. 1 f. *τοιοῦτος δὲ ὢν ὁ νόμιμος ἄρχων πρῶτον.* 8 mallem *εἶναι* abeſſe. 14 *παρὰ μόνων δὲ τῶν θεοφιλῶν προσίεσθαι.* ſic quoque Interpres. vel etiam *παράνομον γὰρ τῶν τοιούτων προσίεσθαι τ. δ.* 16 *τούτοις*] ſc. donariis & victimis. *ἐκείνοις* (ſic enim leg.) exponunt ſequentia: *τοῖς καλοῖς ἔργοις.* 19 *μετὰ*] l. *κατὰ.* 39 *οὐδὲν ἡγεῖται,* recte Veneta. 41 f. *νομίζει τὸ ἑαυτῷ προσῆκον.* habet quoque Veneta *τὸ.* quod poteſt ſufficere. ſatis enim intelligitur, cujus ſit officium. 43 f. *ᾧ ἀπειθεῖν οὐ θέμις, οὐδὲ ἄχθεσθαι οὐδὲν, πάντα δὲ προσήκοντα ἑαυτῷ νομίζειν.* quodſi autem e Veneta *προσηκούσας* admittas, legendum videtur: *οὐδὲ ἄχθεσθαι, ἥδεται δὲ ταῦτα πράττων, ἅ τε πράξεις προσηκούσας αὐτῷ νομίζων.*

46. 1 *ἐπίπονος οὖσα. ὡς ἥκιστα* - 4 *γεωργίαν.* 10 *αὐτὸν.* 19 miſere affectum hunc locum ſatius eſt non attingere, quam incertis conjecturis vexare. 23 *οὐδένα δὲ πιστὸν.* 27 *γε*] l. *τε* & *τῶν πολεμίων.* 31 *ἢ* redit ad *μᾶλλον* v. 24.

47. 2 *ἡγώμεθα.* 5 *ἡδίονα ἀνάγκη.* eodem redit Caſauboni *ἡδίω.* 6 f. *τοῦ ἀγαθοῦ βασιλέως, καίτοι ἐπίπονον ὄντα. ὁρᾷς γάρ.* 13 f. *οὐδ' ἄπονον,* aut, quod Anglus non infeliciter excogitavit, *ἀλλ' ἐπίπονον.* 14 *ἔχει.* 15 *οὐκ ἔξεστι* dictum

eſt

eſt pro ȣ μόνον ἔξεςι. ſæpe μόνον omittitur; exempla habes apud Phot. Bibl. p. 366. 18. Ioſeph. T. I. p. 74. 11. v. infra p. 203. 30. 328. 17. 444. 31. 17 μηδὲ ὁρᾷν idem eſt atque καὶ μὴ ὁρᾷν. mallem tamen καὶ μηδὲ ὁρ. 20 recte Veneta πεττεύοντες. 25 ἕως γενόμενοι] ſubaudi e proximo ἀνέςησαν; alias orationis indoles flagitaret ἐγένοντο. 30 recte Anglus περιπεσὼν emendavit. 36 poſſet videri dictio παραςῆσαι τὸ πηδάλιον ſignificare *ſiſtere clavum*, ut παραςῆσαι τὸν ἵππον contrarium eſt τῷ ἐξορμᾷν *in curſum agere*. Et ſic quoque cepit Interpres; ſed inutile eſt in navigatione clavum ſiſtere, quo curſus navis intercipitur, neque quomodo ſiſtatur clavus, ſatis intelligo. mallem igitur περιςῆσαι *in alteram partem circumagere*. niſi παραςῆσαι accipias pro προσάγεσθαι *ad ſe adducere*. ſic προσάγειν τὸν οἴακα dixit Plutarchus *de ſuperſtitione* pag. 169. 14. *ed. Frankf.*

48. 5 ἄχθεται. 12 ἀνόητον ὄν. 14 ὅ γε *quippe quod*. 19 σκύλλει] *vexat* conſilia, h. e. tentat machinas omnes, movet omnem lapidem. mirifice dictum eſt & nove, ſed perapte & ſcite. 20 καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς παρέσης. 24 aut ὀῤῥωδεῖ leg. ſimplex, ut V. D. in Codice meo edit. Venetae ſuadebat, aut ἤδη [vel δὴ] ὀῤῥωδεῖ. 26 τȣτȣ. redit enim ad θάνατον. 29 verba ῥυομένη δ' ἐκ θαλάττης videntur delenda eſſe. nam idem dicunt atque ῥυομένη δ' ἐκ χειμῶνος, quod modo praeceſſit. 33 poſt ὁμολογήσειεν deeſt ὅτι vel ὡς. 40 verba προσήκει δὲ ναυτιλίας delenda. idem enim cum praemiſſis προσήκει δὲ. πλεῖν di-

cunt. *ult.* aut delendum μὲν aut cum καὶ mutandum.

49. 15 δουλεύει, φαίη- 25 ἀεὶ ἰών. 27 aut ante γεννῆσαι quoque collocandum ὥστε, aut ὥστε utrumque deinceps delendum. 30 ἡδονῆς τῆς κατὰ φύσιν, δεόμεθα δὲ καὶ ἡμεῖς. 36 παρέχῃ. 37 ἑορτὴν habet ſpeciem Latiniſmi, *feſtivitatem,* h. e. hilaritatem cum ornatu & opulentia conjunctam. 38 πολλάκις ἡμεῖς.

50. 7 probo quod margo monet de τινα tranſponendo, ſed συνεθίζει retineo eique προγυμνάζει conformo. 27 f. οὐκ ἀπαγορεύει, *non fatigatur, non deſinit.* 41 ἡ γὰρ ἀργία τοὺς μὲν πόνους. v. p. 56. 34.

51. 14 αἰσχρὸν εἶναι τοῖς βασιλεῦσιν, *nam pecunia carere, pariter atque amicis carere, regibus haud eſſe neque turpe, neque periculoſum.* 25 σπουδαιότατα.

52. 3 καὶ γὰρ ὅσα. alias diceret haec ſententia idem priori, & neceſſe eſſet eam induci, quod Anglus, ſed praeter rem, ſuaſit. 5 οὐ πάντως καὶ ἡδονὴν- ex eo, quod utilis aliqua res ſit, non ſequitur, eam quoque adjunctam ſibi delectationem habere. 19 recte Veneta τέρψεις. 25 δὲ] l. γάρ. 40 μὴ Interpres & V. D. in Codice meo Veneto delent. 44 mallem τῶν ἀφροδισίων.

53. 1 ὅσαι lectionem marginis probo. ἐπῆλθε interpretor *ultro obtigerunt. nonne rerum venerearum illas cum maxima voluptate minimaque injuria ſunt conjunctae, quas amicitia coëuntium effecit, & eae, quae ſe ultro hominibus benevolentiam venantibus obtulerunt per carorum aut uxorum inter-*

ven-

ventum? 9 φιλίας δὲ, δεῖ μὲν καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι, σφόδρα δὲ δεῖ καὶ τοῖς νοσοῦσι. 22 κρείττων] ſubaudi τῆς παρουσίας. 24 εἰ] mallem ἤ. 43 ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ δύνασθαι ζῆν. 44 ἀλλὰ καὶ μᾶλλον.

54. 2 ἀκοῦσαι ἤ] integra dictio eſſet ἀκοῦσαι ἄλλων ἤ, ſed ſaepe vocab. ἄλλος omittitur in tali caſu. v. Plutarch. Oper. 612. 12. Maxim. Tyr. p. 377. 4. Philoſtrat. 180. 25. 621. 29. 9 διὰ δὲ τῶν φίλων recte Veneta editio. 21 recte Interpres & Caſaubonus & Anglus οὐχ ἧττον αἱ τῶν φίλων. praeivit Veneta, in qua eſt οὐχ ἧττον αὐτῶν φίλων. 38 in breve contracta oratio ſic explicatur: ἥδεται διπλοῦν, ἅμα μὲν διδοὺς, ἅμα δὲ ὡς αὐτὸς κτώμενος; ſubauditur enim in ἅμα δὲ, verbum ἥδεται, e proximo.

55. 1 μὲν] huic particulae reſpondet δὲ v. 10. 4 recte quidem hic verſus habet, at in ſequentibus, quinto, ſeptimo & nono occurrit οἱ ter, toties in ἤ mutandum. Supplemento Caſauboni opus non eſt. 19 verba ὥστε καὶ παθεῖν — κέκρικεν inducenda ſunt, reliquiae liturarum Auctoris. nam idem dicunt cum proxione ſuperioribus. 25 δεῖ οὖν καταμέμφεσθαι. aut deeſt aliquid, c. gr. δεῖ οὖν ἑαυτοῖς ἐγκαλεῖν καὶ μέμφεσθαι. 43 f. ἐχθρὸς καὶ τοῖς δικαίοις, καὶ τοῖς ἀδίκοις. οἱ μὲν γὰρ δικαίως [poſſis quoque οἱ μὲν γὰρ δίκαιοι δικαίως] μισοῦσιν αὐτόν.

56. 10 οὗπερ]. Veneta ὅπερ, l. ὅπως, ut etiam V. D. in margine Venetae emendaverat, & Interpres expreſſit. 14 φαίνηται. 15 f. καὶ τοὺς μὲν γένει ἐγγίζοντας. Sane ἐγγίζοντες ſic nude dici pro συγγενεῖς aut ἀγχιστεῖς non memini.

57. 1 *ἕκαϛον.* pendet enim ab *ὁρᾷ* p. 56. 32. 2 f. *καὶ λȣτρῶν, καὶ γυμνασιῶν ἐπιμελȣ́μενον ὑγιεινῶν, καὶ πάντων τῶν ῥώμην ἐμποιȣ́ντων. ὁ δ' ἄρχων.* 12 Veneta *μακάριος.* forte, *καὶ ȣ̓ διὰ τȣ̃το ἡγεῖται μακάριος εἶναι.* 29 *Νισῶν* leg. illuc ducit & Caſauboni conjectura, & Venetae lectio *νησῶν* pro *Μυσῶν.* 33 Veneta dat *δι' ὧν ἐπὶ φιλίᾳ κτητὴν,* unde effici poteſt *δι' ὧν ἐϛὶ φιλία κτητή.* 36 *τῶν ἄλλων*] f. *τὸ ἀρχῶν* aut *τὸ λαῶν,* aut *τὸ ἐπιμελείας τῶν ἀνθρώπων μεταλαμβάνειν.* 38 *τὸ πράγματα.* ult. *ἐνδοξοτέρα.*

58. 4 verba *τῶν ἐν τῷ βίῳ διαφερόντων* tranſponenda ſunt in verſum tertium pone *ἀντιποιησόμενον,* *adeo, ut neminem ſit habiturus, qui cum eo ulla de re contendat earum, quae ab hominibus magni ſiunt.* 5 *τῶν ἄλλων ἐξαίρετόν τι* *quia vero oportet hunc quoque* [perfectum puta principem] *quum homo natus ſit, prae aliis peculiare quid habere, quo ſe oblectet.* 10 *ὁ μὲν γὰρ ὑπ' ᾠδῆς.* 12 *δὴ*] l. *δὲ.* 15 *τῶν μὲν τοιȣ́των.* 17 *ἡγήσατο*] i. e. *εἴωθεν ἡγεῖσθαι* v. p. 71. 8. 25 *πειραθῆναι διὰ τὴν θήραν, ἐπιθυμίας ἐθίζοντα* [ſubaudi *ἑαυτὸν*] *καρτερεῖν,* *ita ut ſe aſſueſaciat jucunde tolerare cupiditates,* h. e. deſiderium rerum cupitarum. 37 Veneta *ὥσπερ οἱ,* unde confirmatur Caſauboni conjectura *ὥσπερ εἰ.*

Orat. IV.

59. 34 *ὑπό τε ἐρ.*

60. 33 *τις*] l. *τι,* *aliquid,* ut eſt in Veneta. 36 *πετομένων.* 40 *ἐμαυτόν τε.* 40 recte Veneta

neta τόδε δέ μοι. conjeceram ante quam eam lectionem cognoſſem: πρῶτον δὲ τόδε μοι.

62. 5 τοὺς ἀστραγάλους. 20 verba Alexandri ſunt ἄδηλον ἐστιν, quibus reſpondet Diogenes: ἀλλὰ δῆλον, ἔφη, ἐστίν.

63. 1 τὸν recte Veneta. 4 poſt ἰατρὸν videtur excidiſſe: ἢ τὸν ἄπειρον βασιλεύειν, βασιλέα? οὐκ ἐστὶν, οὐδ᾽ ἂν πάντες. 10 aut κυβερνητικῷ & βασιλικῷ, aut κυβερνητικοῖς & βασιλικοῖς. 29 poſt ῥᾳδία deeſt καὶ ἀσφαλὴς, ut reſpondeat alteri membro καὶ ἀπάτην οὐκ ὀλίγην. 34 καθάπερ, οἶμαι, παιδιάν.

64. 7 f. κυριώτατα, ἃ εἰ μεμύηται, *quibus ſi fuerit initiatus, ſervat ea menti impreſſa.* 14 μένει. 15 καθάπερ] frigida & indigna ſeu Dione ſeu Diogene comparatio; ſed multa talia habet Plutarchus aliique veteres. 35 recte Veneta ὁρῶσαι. 37 καὶ τούτων. 38 αὐταὶ, *ipſae ſolae.* 41 f. καὶ ἁμιλλῶνται ἄλλας, *& contendunt alias decipere. penult.* ἠλιθίων, ut Veneta.

65. 14 εἴπερ. *ſi quidem hanc ad regnandum idoneam indolem nactus es.* 16 ἔτι] l. ἐστί. 36 τινῶν. ibidem dictio μανθάνειν τινὶ ὑπέρ τινος mihi mira & inſolens accidit: mallem igitur loco verbi μανθάνειν verbum φοιτᾷν aut θαμίζειν.

66. 2 poſt ἄλλην videtur ὑπονοητέον vel ſimile quid excidiſſe. *ibidem* praeferrem βούλεσθαι, quamvis non neſciam ſaepe cum eo βουλεύεσθαι permutari. 8 ἐπιθυμήσει πράγματος. 9 τε] l. τι. 14 προβάτων, οὐ κατακόπτειν, μὰ Δία. 24 βασιλικόν. eo ducit lectio Veneta βασιλικοῦν, unde V. D. etiam υ deleverat. 30 δάκτυλος ἢ *non*

magis rex ille, quam meus minimus digitus, ſit. tum incipit Alexander: οὐδ᾽ ἄρα — ſic diſtingu. 35 de ludo puerorum *rex* dicto v. Vpton ad Arrian. Epict. p. 83. 36 ſi male habeat vocab. παῖδες, quod vix putem, poterit οἱ γείτονες, aut οἱ εἰδότες ſubſtitui. 40 ante ἀποδρὰς videtur excidiſſe ὁ δὲ νικηθεὶς, *victus auſugit & ludit cum aliis pueris;* ludi hujus ea erat ratio, ut pila ictus pro victo haberetur & regio nomine excideret atque ad alium gregem ludentium pro privato tranſiret. v. p. 67. 3. 42 poſt δεσπότην deſidero γίγνεται βασιλεύς.

67. 24 οὐκ expungendum. *ſolum fortaſſe Iovem ferret ab hominibus quoque regem appellari.* 27 ἔφη] non Diogenes, ſed Alexander. *Ais, o Diogenes, me ludere. atqui ipſemet tu mihi ludere videris, ajebat Alexander.* 37 recte Veneta οὐδὲν ἕξεις. *ult.* vid. Herodot. p. 77. 39 ὑπεραλάμενος, ut paulo poſt διανηξάμενος. Eo quoque ducit Veneta, ubi eſt ὑπεραλλάμενος.

68. 9 πολέμιος, ut etiam Interpr. reddidit. 19 δεόμενος, *quem oportebat omnium optime hoc noſſe;* aut δυνάμενος, *qui poteras omnium optime, hoc noſſe.* non raro οἰόμενος pro δυνάμενος reperitur. 32 ἦ] l. ἢ.

69. 22 ἀμφισβητεῖ, quod res ipſa flagitat & ſequens μάχεται. 23 aut ταύτην ἐχούσης, ſcil. τὴν βασιλείαν, aut οὕτως ἐχούσης, *quamvis talis ſit,* h. e. inermis. 39 καταγέλαστος. 44 ποῖαν recte Veneta. redit enim ad ἑορτήν.

70. 2 ſi lectio marginis e Cod. Mſto petita ſit, probo & amplector eam. Alias nihil praeter αὐ-

τὴν

τὴν erit in vulgata, quod improbem, & poteſt ſic legi: *αὐτῷ τὴν αὐτὴν, eandem veſtem dant ipſi,* quam ſc. rex gerit & *dant ipſi quoque τρυφᾷν, voluptuari*, h. e. indulgent ipſi voluptatum uſum. 9 ȣ̓χ ὁρᾷς ὅτι. 11 χρόνον. 38 πλὴν ὅτι αἰπόλος. 40 τυχὸν] f. μόνον.

71. 4 δὲ] l. δή. 8 f. ὑποκοριζόμεναι, *blandis cognominibus & gratioſis appellantes*. 26 f. κινηθεὶς ὑπὸ τȣ̃ λόγȣ, τȣ̃ τύφȣ καὶ τῆς κενῆς δόξης μικρόν τι.

72. 13 aut κάλων cum Caſaubono leg. aut πάντας. 42 αὐτὸς αὐτὸν. *pen.* ἐν βραχεῖ] ſubaud. ἔπει vel ῥήματι, *ut multa paucis verbis complectar.*

73. 16 τȣ̃] ſubaudi χάριν. eſt idem atque ἐν τῷ. 18 τὴν ἕξιν ἐναντίαν. 19 dele comma. nam τῆς cohaeret cum ἐναντίαν καὶ ἀντίστροφον, *habitum contrarium illi, quo utuntur qui de indole cujuſque e vultu conjiciunt.* 25 f. εἰ ἄρα ȣ̓́τω μᾶλλον. 26 πρὸς] f. παρὰ *per*. 30 poſt δέοι pono comma. *odioſum & opprobrio nobis non eſt, nos inſtituenda noſtrum cum poëtis & artificibus & luſtratoribus comparatione, id ſedulo agentes, ubi opus & uſus fuerit, conſpici, ut exempla corrogemus.* 35 ἤ] integre dictum eſſet μᾶλλον ἤ, ſed μᾶλλον ſaepe omittitur. Pendet hoc μᾶλλον ἤ a ſuperiore ȣ̓ γὰρ ἄσχημον — *non enim dedecet nos, conſpici corrogantes undique exempla — magis, quam, qui mos eſt nonnullorum.* 36 ἔνιοι τῶν περὶ, *qui verſantur circa Hecates ſacra.* ſubaudi στρεφομένων vel διατριβόντων, vel ſimile quid. v. v. 72. 16. 74. 17.

124. 42. 201. 7. 206. 33. 45 ἄρα ἐκ ἂν εἴη σκυθρωπός.

74. 17 καὶ συμβόλαια, τυφλῦ δικαίως καὶ λεγομένε καὶ γρ. 25 In Veneta eſt διδῷν τις, unde quoque effici poteſt διδῷ τις; ſed in vulgata vitii nihil eſt. 30 f. πρόσεισι πλῦτος, aut πρόεισι τόκος; nam alias non habet προβαίνων unde regatur. 43 f. καὶ ἐυμεταχείριστον, *verſatilem*, aut ἐυπερίςατον eodem ſenſu. 44 ἐν ἐλπίδι τῦ λήσεσθαι. 45 ἐπιβλέποντος] inſolentius pro ἐπιβελέυοντος, probum tamen.

75. 1 f. ἔςω δὴ ὁ δαίμων βραχὺς. 6 ὧν ἴσμεν] Thaidem & ſimiles atque aequales illi meretriculas ſignificat. 7 ὁ δὲ δαίμων del. 12 ἐάν τε ob praecedens ἐάν. 18 τὸν πρότερον, ὃν, ὅτι. 20 αὐτοὶ *ipſi Perſae*. v. Davis ad Max. Tyr. p. 508. 21 aut delend. ὡς, aut cum ὅτως mutandum, aut ſervato ὡς leg. κέκληται. 26 aut delendum eſt ſecundum καὶ, aut leg. πρόθυμον καὶ ἀπροφάσιςον. 28 τὸν delend. 44 poſt λϛτρῶν δὲ excidit χρῆσιν vel ἀπόλαυσιν, aut ſimile. *ult.* f. ἐσθήτων τε λαμπρῶν καὶ ςρωμνῶν μαλακῶν ἐνελίξεις. notum quam delicati fuerint ſollicitique veteres circa compoſitionem rugarum togae.

76. 4 μὲν] l. δέ. 16 f. καὶ φιλοψώνων. poteſt tamen φιλοψύχων defendi, *imbellium, vitae amantium*. v. p. 78. 13. 91. 6. 20 diſtinguo & lego χορηγίας, χρημάτων βασιλικῶν [ſubaudi ὑπόντων]. 27 ἱμέρῳ δεινῷ. 32 *ſi contingat ut tali ſint intemperantiae dediti*, h. e. in foeminas inſaniant, *tunc rurſus* [h. e. non minus quam in ſuperiore exemplo] *ille genius ſe oſtendit in choregia conſtitu-*

tum,

tum, h. e. edit fabulam ſuam. nam choregi edebant ſuis ſumtibus fabulas, & in cauſa erant ut chori & actores in ſcenam prodirent. δὲ v. 33. redundat, iteratum ſchemate Herodoteo ob praemiſſum δὲ v. 28. 42 πολλῶν & ταύτας. redit enim ad ἡδονάς. πρὸς ταύτας πρόσεισι. ὁ δ' εὐγενέστερος.

77. 1 ἔνθα] f. εὐθὺς, *ſtatim*, *poſtquam ejusmodi injuriam ſibi affrixit*, *profitetur ſe rem non virilem ſuſcipere*. 5 Veneta ἄτρεπος. forte leg. εὐτρεπής, *verſatilis*, aut ἄτρεστος, *intrepidus*. 19 πρόιτω γε, νὴ Δία, τρυφῶν. 36 τρυφερὸς absque ἐν.

78. 30 recte Veneta ἐλαφρὸς. 41 f. ἀναλλόμενος, *ſubſiliens*, aut ἀναπτάμενος *ſurſum evolans*. 43 comma delendum.

79. 5 Ἰκάρου. nam Icarius diverſus ab Icaro fuit, Atticus homo, v. Hemſterhuſ. ad Lucian. T. I. p. 248. 24 ὁ δὲ ἀφομοιούτω. 26 ῥύμη recte dat Veneta. 37 f. ἐπιδείξεσι, καὶ βασιλέων — ſunt autem ἐπιδείξεις acromata ſeu ſpectacula omnis generis, quae ad oſtentandum ſive ingenium ſive opulentiam & ad captandam plebis auram eduntur, praeſertim recitationes Sophiſtarum. v. p. 81. 6.

80. 8 χαλεπὰ πάθη ἀνάγκη. 25 δυσφημίας. 27 ὡς αἱ [ſcil. ἡδοναὶ] τοῦ φ. 29 ἐδύναντο ob ſequens προήγαγον. 33 προετίθεσαν, οὕτως — 37 κινδυνεύει. 44 aut Caſaubonus audiendus, aut ἔρωτος leg.

81. 2 ἢ γάμων videtur ſcholium & delendum eſſe. 6 ξεναγοὶ ſunt conſcriptores militum, qui

milites mercenarios ſuis ſumtibus alebant, & aliis, regibus aut civitatibus, pro certa mercede permittebant, ut conſtat e Demoſthene. 8 f. leg. τοὺς ὡς ἀληθῶς στρατηγούς. 13 recte Veneta τοὺς ὑφ' ἑνός. 28 ὁ δὲ] ſcil. ὁ φιλοχρήματος καὶ μικρολόγος. 30 γε] l. τε. 34 πολλάκις] *forſitan*. 40 ἐξ οὗ] hic deſunt quaedam. *ult*. λανθάνων.

82. 16 οἵσποτε ἐκείνου τυχεῖν ἐπέκλωσεν ἀγαθῇ μοίρᾳ *laudemus bonum genium & deum nos, quotquot illi ſumus, quibus commoda ſors eum attribuit.*

Orat. V.

5 οὐ γὰρ οὖν τῶν πρὸς ζῆλον τοῖς ἐπιεικεστάτοις, ἀνθρώπων οὐ πιστευόντων. aut ἀπιστούντων. (pro ἀπιστευόντων Veneta dat ἀπο σευόντων, unde numquid aliud debeat extundi, viderint alii.) *non enim haec ſunt ex illarum rerum numero, quibus operam dare optimum quemque oportet, vulgo fidem illis non adhibente. penult.* αὐτοὶ, aut ut V. D. in margine Venetae, αὐτά.

83. 3 αὐτὸν, ut etiam laudatus idem V. D. 7 ſumta haec fabula ex Alexandro Myndio apud Athenaeum p. 221. 42 poſt πλανωμένους videtur ἴδῃ aut καταλάβῃ deeſſe. poteſt tamen ſubaudiri ἁρπάζῃ aut τύχῃ ἁρπάζοντα.

84. 1 ὁποῖος. 16 ante vel poſt τάχιστα deeſt εἶναι. 20 δὲ] l. τε. 25 γενομένους ob praecedens τοὺς v. 22, i. e. τούτους. 26 δὲ delendum. *ibid.* non improbanda lectio Venetae ἀποκρύπτειν. 30 aut παῖδί leg. aut θρασὺ καὶ ἀκόλαστον. 36

καὶ

καὶ ὅτι. 42 παρὰ καιρὸν] *immodice, intemperanter. penult.* καὶ ἡμᾶς. cohaeret enim cum χρὴ δεδιέναι.

85. 5 τρέπειν. Sic etiam Interpres & V. D. in margine Venetae. 13 ἄγριον ὄντα. συναγαγόντα δὴ — ob ſequens περιέχοντα. 17 ἐμβαλεῖν. 27 aut καταλαβόντα aut καταλαβέντας. 35 τὰ μὲν — ob ſequens τὰ δὲ. deinde recte Anglus κατακαίνειν emendavit. 44 ante ὀλίγον deeſt τοῦτον, quod pendet a λέγων v. 38.

86. 2 recte Caſaub. τοῦτο αὐτῷ. Veneta quoque τοῦτο dat. 4 recte eadem τῶν νεωτέρων exhibet. praeterea mallem τῷ μυθολογήματι. 15 Sollicitat Caſaubonus hunc locum abſque cauſſa. nam in ὑπολαβεῖν ſubauditur αὐτοὺς. nullam quoque video rationem quare haec oratio nequeat illa fabula Libyca eſſe p. 71. 2. promiſſa, & quare Caſaubonus ab iis neget recte factum, qui hanc quintam orationem quartae ſubjiciunt.

ORAT. VI.

1 de Diogene Cynico v. Maxim. Tyr. p. 429.

87. 4 recte Veneta μεταλλάττειν. 10 τὸ γινόμενον, *aquam forte ibi natam* aut *exiſtentem.* 14 τὴν δ' ἂν πόλιν, *ipſam urbem*, Athenas. reſpicit ad praemiſſum χώραν v. 8. opponens agro Attico ipſam urbem. 20 uſitatius quidem eſt εἰσέχοντας, v. p. 83. 24; nolim tamen propterea vulgatam damnare. 22 ἐπισκιάζειν eſt *a ſole defendere*, non *a vento*. Apparet ergo Acrocorinthum verſus auſtrum, ipſam urbem Corinthum

verſus

verſus boream, unaque Lechaeum, portum urbis, ſitum fuiſſe. recte monuit Caſaubonus ἀυτὴ leg. eſſe, verum γὰρ abeſſe debet. ἀυτὴ reſpicit ad ipſam Corinthum. 27 Κράνειον. id nomen erat luci cum gymnaſio apud Corinthum, ubi inter fontes ambulabant & frigus captabant. V. Kuhn. ad Pauſan. p. 115. 35. recte Veneta τυγχάνει. 44 recte Venetae deeſt μὲν. eadem quoque ἀυτῷ habet, unde conjicio Auctorem dediſſe σχεδὸν ἐν ἀυτῷ ἐν ὁδῷ διαγίνεσθαι.

88. 36 ὁ δὲ] ſubaudi ἀπεδίδρασκε τὸν ἀέρα καὶ τὸ σῶμα ἄχρηστον ἐποίει. & ad hunc modum poſſunt alia ſequentium huc trahi ſupplenda.

89. 1 antequam elegantem Caſauboni emendationem οἰκοτρόφοι noſſem, conjeceram ὄκνου καὶ τρυφῆς μεστοί. poſſet quoque legi οἰκουρίας σύντροφοι.

90. 3 ἀτοπώτατον] duas emendandi rationes propoſuit Caſaubonus, tertiam V. D. in margine Venetae Edit. ἑτοιμότατον. poſſet quoque conjici εὐκολώτατον aut ἀκοπώτατον. 16 φανῆναι *tam dementes ſi dediſſe.* 27 δὴ] i. δὲ. poſt ταλάντων ſubaudi a communi θέλειν κνᾶσθαι.

91. 4 ἅπαντα videtur ad χρόνον, quod modo praeceſſit, redire. 11 locum hunc expreſſit Maximus Tyrius p. 429. 25. ut obſervavit ibi Daviſius. 25 τοῦτο ὂν καὶ —

92. 12 admonitus a Caſaubono locum ſic refingo: διώκοντας οὖν τὸ ἡδὺ ἀεὶ καὶ ἐξ ἅπαντος, δεῖ ζῆν ἀηδέστατα καὶ ἐπιπονώτατα. 27 συμφορὰς aut προσφορὰς, in Veneta eſt ἐφόρους. 35 ὁ δὲ τὰ ἀυτὰ ἔφη, *ille vero* (Diogenes) *ajebat idem*

idem animalia facere. 39 f. ἥδιον. *quantum placeret.* ἥδιον ſaepe pro ἡδὺ ponitur. *ibidem* quoque καὶ recte ante διαγαγόντας praeſtat Veneta. 41 aut τῷ χειμῶνι ὑποχωροῦντας leg. aut τὸν χειμῶνα ἀποδράντας. *ult.* recte Veneta ἀπηνέμοις, *minime ventoſis.*

93. 10 ὅπως ζῆν δυνήσωνται recte Veneta. 15 πράττει. 23 recte Veneta ἐκπεπληγμένον. 29 ἐν ᾗ μὴ βλέπειν αὐτὸν τὰ δεινότατα. *in qua die non videant ſe tolerantem acerbiſſima.*

94. 3 ἔχειν. 10 recte Veneta μήτε παισὶ, μήτε γυναικί. 15 τῷ μακρὸν. 26 ἐπιγίγνεται vel ἐπιτείνεται. 29 Φασὶν. poteſt tamen etiam vulgata Φησὶν defendi, ſubaudito ἡ παροιμία.

95. 5 οὔτε] l. οὐδὲ. 7 f. τοῖς θεοῖς, καὶ παίζοντα, (εἰ δήποτε — παίζειν) καὶ πρὸς — 10 poteſt ἀνάγκη e ſuperioribus tacite repeti. mallem tamen legere μεμνῆσθαι δεῖ τοῦ θανάτου. 13 μὲν aut del. aut cum δὴ permutandum. 17 aut ὡς ſimplex, aut ὥς γε οὐ πολὺν, i. e. ὡς οὐ πολύν γε. 22 poteſt vulgata ferri. credo tamen ὑπὲρ aut περὶ ante τοῦ πράγματος excidiſſe: *aliorum hominum hoc de negotio, aut hac de vitae conditione, opinione.* 29 ἥδιον *libenter exſpectare.* 31 μεστὰ *plena*, ut etiam Interpr. reddidit. 39 poteſt βουλεύεται bonum eſſe. *deliberat ſecum debeatne circumſpicere.* pro δὲ, quod Caſaubonus expunctum ivit, exiſtimo leg. eſſe ἅτε, *quippe.*

97. 4 f. οὕτως οὐ τῷ σώματι. 8 ῥᾷον. 13 ἀποδιδράσκειν. 24 eſt abſurda & puerilis ſententia, niſi fortaſſis ad ſtatuas tyrannorum reſpexerit. 27 recte Veneta θαρρεῖν. 29 eadem rurſus recte

ὑπο-

ὑποκαταχλ. ut Caſaubonus emendavit. 34 ἄλλων, *multo magis quam alii* & ἀκούει. 40 πρότερον τοὺς ἀγ. λέοντας οἱ τρέφοντες. 44 θαῤῥῶ, *confido, ſecurus ſum.*

98. 6 σεισμοῦ aut σεισμῶν. horribilis ille terrae motus, qui Spartam evertit, evenit anno quarto Olymp. 77. v. Diodor. Sic. XI. 62. p. 471. 11 ἀπορία in Nominat. forte quoque καρπῶν excidit. 26 μῆλα] Veneta habet μᾶλα. Doriſmus locum hic non habet. forte dedit Auctor λάχανα. 19 ᾗ] *qua ratione.* ſed mallem ᾧ, ut ad καρπὸς redeat. *quo fructu.*

Orat. VII.

Haec Oratio cum ſuperiore vinculo non obſcuro jungitur. Cum enim in ſuperioris fine vitam frugalem commendaſſet, exemplum ejus in hac proponit.

13 ἔξω τῆς θερινῆς ὥρας poteſt explicari: *alia quavis, praeter aeſtivam, tempeſtate.* ſed ea inepta & incongrua huic loco eſt dictio. quare mallem ἐπ' ἐξόδῳ, *ſub exitum ſ. finem aeſtivae tempeſtatis.* 18 ἐκβαλόντες] ſcil. *piſcatores Chii. penult.* ἐπὶ] f. ἔτι. qui adhuc mare tenebant, nondum exceſſerant mari, hyeme quamvis accedente.

99. 1 καταλειφθεὶς, *derelictus.* 11 μόλις δέ πως. 14 ὁρῶ. 19 τὰ γένεια ὑγιῆ] *qui malas non totondiſſent,* qui barbam gererent integram. 20 ἐξόπισθεν] Euboeenſes frontem ad verticem uſque radebant, occiput habebant longe comatum, vid. Plutarch. in Theſeo p. 5. & Libanii T. II. p. 489.

).489. 42. 22 σκώπτων. 32 paullo propius
d veram lectionem, quae eſt ἀποταμὼν τὰ ὀπίσθια, ut obſervatum eſt Caſaubono & Anglo, lat Veneta ἀποτεμῶντα. ὀπίσθια. 39 recte Veneta φοβηθῇς. βουλοίμην. Sententia eſt: eo, quod tibi dixi, nolim terrefias. id enim, prae eo quod tibi dicam, minutum eſt. tantum enim abeſt, ut ſperandum ſit cras deſituram eſſe tempeſtatem, ut potius ne poſt quintum quidem diem ejus rei ſpem concipere liceat. Caſauboni conjecturae hoc obſtat, quod venator, nihil de lembo fracto norat, neque eum viderat; nam ſi vidiſſet, quid attinebat interrogare, periſſetne?

491. 1 f. καὶ τοίνυν ἴσως. abſque ſecundo καὶ. *& ſane credibile eſt, illos non caeteris ſolummodo praeſentibus, ſed mihi quoque fuiſſe honorem habituros.* 5 ὅμως. ȣ σφόδρα. 16 f. καὶ τοίνυν *ideoque.* 20 ἀντιβαίνῃ. 27 μαρτυρȣ̃ντα bene habet. *me primum habebit ſui commendatorem & laudatorem, praeconem.* Conf. p. 515. 5. ubi μαρτυρία eſt commendatio, & quae ad Conſtantini Ceremonialem p. 227. B. 4. dixi. 29 mallem ὀρθῶς. 30 καὶ προθυμότερον. 41 γιγνομένη. 44 ἱκανὸν] ſc. ἐςὶν ἡ ἔχθρα.

492. 2 αἱρȣ̃νται] poſt hoc verbum ſubaudi μᾶλλον. 4 ἢ φιλονεικȣ̃ντες. 11 ἐπιτιθεμένȣς. 16 f. ὅς πάντως σε λυπήσει. 22 poſt ἐνοχλῇ videtur aliquid deeſſe. e. gr. μηδ' ἀφέληται. 25 μηδέποτε λυσιτελεῖν μηδενὶ ἀπεχθάνεσθαι. *nemini unquam prodeſſe eum quoquam inimicitias excolere.* 27 recte Veneta βραχυτάτην. 28 Caſauboni & Angli emendationes ita ſunt contemperandae, ut legatur: ὅταν δὲ πρὸς ἀνθρώπȣς ᾖ [ſcil. τὸ φιλονεικεῖν καὶ ἀπεχθάνεσθαι, *ſi odium exerceatur adverſus homines*] πόλιν οἰκȣ̃ντας ȣ μικράν. cf. Valeſ. p. 71. Emend. ubi Caſaubono aſſentitur. 36 τὴν delendum. idem quoque p. 464. 11. faciendum. *penult.* f. αἰδȣμένων. *at illis poenitentiam pudoremque ſuae ſtultitiae & aſperitatis prodentibus.*

493. 20 in Veneta eſt βȣλόμενοι, forſitan bene. quo admiſſo oporteret legi μὴ βȣλόμενοι πείθεσθαι vel ὑπακȣ́ειν. 26 ȣ̓κ non cum proximo ἀχολȣ́μενος, ſed cum νομίζω jungendum. ſed fateor, me ſententiam hanc non perſpicere. 35 περὶ] l. πα-

ϱᾶ. damna, quae reditus ad amicitiam conſequantur. 43 f. *μὴ σφόδϱα μεγάλα καὶ ἀνήκεςα.*

494. 2 aut delendum ſecundum *καὶ*, aut ante *χείϱω* collocandum. 4 aut rurſus delend. *καὶ* ſecundum, aut ei adjungendum verbum *ἰδεῖν* vel *ὁϱᾷν*. 7 aut *ὀδὲν ἄλλο ἔοικεν εἶναι, ἢ ςάσις*. aut, quod malim, *ὀδενὶ ἄλλῳ ἔοικεν ἢ ςάσει*. 12 poſt *τϱόπον τινὰ* videtur *συνδεῖ* deeſſe, *omnes copulat inter ſe.* 24 *καὶ βλασφημῦντας*. 30 bene habet haec dictio. *turpium meretricum de pergula, abſque pudore nullis non convitiis laſcivis ſemet invicem inſectantium. ἑκατέϱας* eſt Acc. plural. & pertinet ad *εἰπεῖν*. 36 *χόλος δὲ τὰ καὶ τὰ κέλευει. ira haec & illa dicere imperat, ſuggerit.* Sic etiam ap. Homer. Il. *υ* vſ. 255. legendum eſt, ubi verſus hi aliter exſtant, atque Dio eos recitavit. 38 *ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐςὶ τὸ μὴ πάσχειν, τόσῳ δὴ πλείονος* — *quanti eſt talia non pati, tanto pluris eſt, ea non facere.* conſtructio eſt *ὅσῳ* [*πολλῦ*] *ἐςὶ τὸ μὴ πάσχειν ταῦτα* —

495. 3 *θεᾶσθαι*. 5 *τά τε τῆς χ*. 6 *ὡϱῶν* recte dat Veneta. 7 *βυλομένυς*. 8 *ἀλλήλοις*. 20 aegre fero *αὐτῷ* abeſſe. 23 ſic ſtruo hunc locum: *καὶ τύτοις ἀεὶ πλείςοις κατὰ τὰς ὁδὺς ἀπαντᾷν, ὥςε πάντως ἢ εἰπόντας τι, ἢ ἀκύσαντας δυσχεϱὲς παϱελθεῖν, πονηϱὸν καὶ δυσχεϱὲς σύμβολον.* 39 *ἀποδέξεσθε, recuperabitis.* 43 recte Veneta *ἐπὶ τῦτο τὸ πϱᾶγμα ad hanc rem perficiendam.* ſcilicet jus fori vobis impetrandum vel potius confirmandum apud Imperatorem Romae.

496.

496. 3 f. τοῖς ἤδη πρότερον. 6 λαβόντας ὅπλα βαδίζειν, aut ſervato καὶ leg. erit λαβόντας ὅπλα καὶ παρεσκευασμένους βαδίζειν. 7 προσβάλλειν recte dat Veneta. 8 aut χαλεπώτερα, aut ἀφ' οὗ. 13 οὐδὲ χρηστὸν οὐδέν, ὅ, τε γὰρ — 14 καρπὸς ἁπάντων πικρότατος. 27 recte Veneta dat πρὸς δὲ αὖ τῶν λεγομένων. Particula πρὸς hic idem valet atque *praeterea*. 34 καὶ οὐ πάνυ.

497. 4 δυνάμεως, ἣν [ſcil. δύναμιν, aut ὅ, ſcil. βασίλειον καὶ κυριώτατον] οὐκ ἀποτρέπονται — 5 ὁδῷ τε καὶ πράως γιγνομένη. Cf. vſ. 37. 10 f. οὐ μέντοι ποτὲ ἐσομένου. *qui* [interitus] *tamen nunquam continget*. 24 ὑποδραμούσης. 37 ἔχων poteſt defendi, ut dicatur pro ξυνέχων, aut περιέχων. mallem tamen horum alterutrum. 42 ἀνθρώπων καὶ ἔθνη ἀσθενῆ, aut alias delend. erit ἀσθενῆ.

498. 13 ἐπὶ νομῆς διημερεύσαντα.

ORAT. XLI.

19 Φημί] in Veneta eſt φησί. unde effici debuerat σφίσι. quod etiam Anglus vidit.

499. 14 καλῶς. recte dat Veneta. *penult.* δὲ] l. γάρ.

500. 8 de hoc loco diſputat Valeſius Emendat. p. 71. ubi etiam conferenda, quae Burmannus notavit. 12 οὕτως] ſcil. ſi velis in generis perquiſitione ad tempora multo antiquiſſima aſcendere. 31 τὴν ὁδόν, ὅποι ἔδει. 36 φιλίας nolim improbare,

bare, dummodo pro adjectivo accipiatur. ſatius tamen fuiſſet aut φίλας, aut φιλίας ponere.

501. 11 οὐδένα ἀλλότριον. & ſic quoque Valeſius p. 70. l. c. ubi locum hunc exponit. 36 f. προσαγόμενοι πολιτείαις. *quos tribuendo civitatis jure ſibi obſtringunt.* 37 ἢ τὸν αἰέρα ἐχθραίνουσιν.

502. 5 παρὸν ἐνοχλεῖ eſt in Veneta, quod propius accedit ad Angli conjecturam παρενοχλεῖ eamque firmat, cui etiam ſubſcribo. 13 f. ὑπάρχοντας ἀλλήλοις ὑπεναντίους. 18 f. τῶν κτωμένων, φίλων — *quam illi, qui bona acquirunt, amicis operam ei rei communem navantibus.* 31 f. τύχῃ *cuicunque talis bene velit.*

Orat. XLII.

503. 26 ὡς ante ἰδιώτης tollendum & in verſum deinceps proximum 27 deprimendum atque ante καὶ τὸ λοιπὸν collocandum. *quum ſim rudis literarum plebejus homo, ita de me quoque ſentio, itaque vitae meae rationes inſtituo, ut eandem idiotae rationem per vitae reliqua etiam continuaturus.* 29 παρακαλοῦντας] ſubaudi λέγειν. 31 f. ἄξιον ᾖ. 39 ante εἰ ἄρα tacite repetendum e ſuperioribus ἀναγκάζομαι ὑπονοεῖν.

Orat. XLIII.

504. 10 τιμῆς ἕνεκα] ſententia eſt: effeci, ut patria maximis urbibus, non quidem aedificiorum ſplendore ceteriſque rebus, attamen gradu dignitatis atque exiſtimatione apud Imperatores Senatumque & Pop, Romanum par haberetur.

505. 4 ὅτι δὲ οὔτοι. 18 f. ἀχαρίτους εἶναι, μήτε — rudes, ineruditos, quibus omnes literarum gratiae deſunt. 32 f. ἀείποτε ὅμοια. καὶ γὰρ προδόται. 34 ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ νῦν εἰσί, καὶ φιλοῦντες. rationes benevolentiae civium ſtudiique in patriam, & contra infidelitatis, omnibus temporibus eaedem ſunt. Nam & proditores — olim erant, & nunc ſunt, & erant atque ſunt patriae amantes. 38 f. πολλοὶ καὶ μεγάλα πράττοντες, νῦν δὲ ἐλάττους [vel ὀλίγοι] καὶ ἐλάττω &c. ult. mallem πεποιηκότων.

506. 2 varians lectio eſt in Veneta Morelliana non deterior οὐχ ὅ, τι ἀληθὲς εἴπῃ, ζητεῖ. 7 τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ. 10 poſt εἰκότως diſtingue poſito commate. idque non ſine cauſſa, vel recte faciebant, utpote recordati — 36 f. μηδὲ ἔχωσιν οἱ συκοφαντούμενοι τὸν παραιτούμενον ἢ συναθλοῦντα. idem cum miſeris diſcrimen adeuntem, idem defenſionis certamen ſuſcipientem. 40 locum hunc non intelligo, neque puto ſanum eſſe; quinam enim & quales ſunt illi πλείους? procul dubio deeſt οἱ τῇ πόλει εὐνοοῦντες. finge plures eſſe urbi bene volentes, civitatis ſtudioſos, quam ſunt, nemo tamen poterit affirmare ſe magis civitati bene cupere, quam ego cupio.

507. 32 ἐπ᾽ ἀργυρίῳ. mercede pacta. pacto proemii. 41 καὶ καταλύων. ult. mallem παραχόντα.

508. 4 τε] l. δέ. 5 θεοὺς] num θεσμοὺς. ei, qui leges pro arbitrio ſuo ſuſque deque habuit, nullius rei fecit, penſi non habuit. 6 punctum delendum. nam conſtructio eſt κατασκευάζων (ὅσον

ἐστιν ἐπ' αὐτῷ κατασκευάζειν) ὅπως ἐκεῖνος — παραλήψεται τὰς πόλεις καὶ τοὺς δήμους. prius, ſcilicet πόλεις ſignificat ſenatum & optimates cujuſque urbis; poſterius, δήμους, plebem. *efficiens, quantum in eo ſitum eſt, ut ille in poteſtate ſua civitates plebeſque habeat.* 15 ἀπορίας.] f. ἀπονοίας [aut ἀσωτίας] καὶ τρυφῆς. 19 recte dat Veneta ποιήσωνται.

O R A T. XLIV.

508. *penult.* poſt εἰσὶν ponendum comma. nam ſequentia non cum εἰσὶν cohaerent, ſed cum τὰς τιμὰς ἔχω. *honores omnes, & quos nunc mihi decernitis, & ſi qui ſint alii, habeo in veſtra benevolentia & amicitia.* h. e. amicitia veſtra mihi loco eſt honorum omnium.

509. 5 ἢ προεδριῶν, ἀλλ' οὐδὲ χρυσοῦ σφυρήλατος ἵστασθαι [vel ὁρᾶσθαι ἱστάμενος] ſcil. προσδέοιτο. *talis opus non habeat ſuam ſtatuam auro ſolido conflatam conſpici in publico.* 10 οὕτω ποιεῖτε] ſcil. nolite mihi honores tribuere, quibus non indigeo. 20 poſt ἀνδριάντας videtur ἔδοτε αὐτοῖς vel ἐψηφίσασθε αὐτοῖς vel ſimile quid deeſſe. 35 recte dat Veneta φιλίας τοῦ τότε αὐτοκράτορος. 36 ἐγένετο ὁ χρόνος. 39 probo Interpretis & Caſauboni conjecturam οὐ δεῖ δὲ ἀπελπίζειν. *non autem eſt abjicienda ſpes impetrandae libertatis.* Continebatur autem libertas Graecarum urbium ſub Romanorum imperio in jure legendi de numero civium ſuorum magiſtratus, & eo, quod militem praeſidiarium paenes ſe nullum alerent. Cf. Polyb.

Polyb. p. 482. 8. ubi χρωμένους τοῖς ἰδίοις πράγμασι reſpicit ad libertatem magiſtratuum legumque & judiciorum inſtitutorumque civilium ex arbitrio ſuo conſtituendorum. videntur tamen e p. 512. 8. ſqq. haec a libertate diverſa. 40 aut φέρει, ut etiam V. D. in margine Venetae, aut potius φέρῃ. *penult.* aut καὶ delendum, aut deinceps leg. ἀποδιδόναι.

510. 3 poſt αὐτοὺς videtur ἠνεσχόμην, vel ὑπέμεινα, vel ſimile quid deeſſe. 5 f. οὐδὲν ἦν θαυμαστόν. 13 οὐ νῦν μόνον, quod etiam Interpres expreſſit. 24 f. μετέστη το [το abſque accentu exarandum, ut particula enclitica ſignificans *aliquod*] μεῖζον, aut leg. μετέστη, ἤ τοι μεῖζον. 25 mallem εὐθηνεῖν. 37 f. ἔξω ὑπὸ χειμῶνος ἀπολειφθῶσι. *a procella intercipiantur.*

511. 8 καὶ delendum. 27 poſt κρατοῦντων videtur ἔχειν deeſſe. ſignificat libertatem ſeu jus magiſtratus. 30 poſt ἔχειν deeſt alius adhuc Infinitivus. e. gr. ταῦτα παρέχειν vel ἐπιδείκνυσθαι. 32 φιλεργίᾳ. 34 αὐτομάτων] l. σωμάτων.

512. 6 τῶν νῦν recte dat Veneta. 17 παραγινομένην. 18 παρ' αὐτῆς *a ſemetipſa.* 23 in Veneta eſt τῇ αὐτοκράτορι, unde patet lectionem marginis fuiſſe optandam.

ORAT. XLV.

De argumento hujus Orationis & ſuperioris 40. item proximarum duarum 46. & 47. vid. Valeſ. ad Excerpta Dionis Caſſii p. 8. T. I. *Edit. Reimari.*

10 re-

10 recte Anglus & Interpres emendarunt ȣ τὸν δεῖνα. quo ducit Venetae ȣ τῶν δεῖνα. 11 f. τῶν ὁμοίων ἐνίοτε φθεγγόμενον.

513. 11 δὲ] l. δή. eſt enim expletio ſermonis in ſuperioribus coepti & per interjecta multa turbati. τὴν μὲν γὰρ φυγὴν ὅπως — *nam quomodo fugam toleraverim & hoſtem — de his itaque dicere, duco ſupervacaneum.* 14 non debebat Anglo ſuum προσηκȣ́σης praeclarum inventum, diſplicere. ita enim reliquiſſe Dionem ajo & nullus dubito. 29 ἐτύχομεν] ſignificat, illo tempore, quo dicta fuit haec oratio, urbem Pruſam impetraſſe libertatem, h. e. magiſtratum centumviralem, & forum, ſeu facultatem lites oppidorum vicinorum judicandi publicaſque provinciae pecunias adminiſtrandi, numos cudendi, & alia, quae Pruſanos vehementer deſideraſſe ex orationibus ſuperioribus e. gr. p. 512. 8. ſqq. conſtat. 32 παρὰ τȣ́τȣ] num παρὰ τȣ̃ νῦν, aut παρὰ τȣ̃ μετ᾽ αὐτόν. nam ſignificat Trajanum, Nervae ſucceſſorem. ſed nondum conſtat, num oratio haec ſub Trajano dicta fuerit. 34 ἡμᾶς, ut etiam Interpres expreſſit. 37 τῷ] l. τόν. 44 f. ȣ̓δ᾽ εἴς τινα τῶν ἀπὸ μέρȣς. *neque in commodum privati cujuſquam hominis converti gratiam Imperatoris.* vel ȣ̓δὲ ὠφέλȣν τὰ ἀπὸ μέρȣς, *neque res privatas auxi.*

514. 1 dubium ποτε ſervandumne ſit, an τότε leg. 3 εἰ hic idem atque ὅτι valet. *non dico commoda haec eſſe & magna, & alii nulli urbi tributa.* cf. v. 12. τῇ ἐλλογιμωτάτῃ τῶν κατὰ — 6 τηλικȣ̃τον. 8 ſignificat Æſculapium & Pergamum. 12 ȣ̓δέν, ȣ̓δὲ ὅτι. 13 ταῦτα ἐπεθυμεῖτε. 14

ἠλπι-

ἠλπίζετε καὶ ἐξηπατήσθε. v. Valeſ. Emendat. p. 72. 19 bene emendavit Anglus ἀπαντῶντες πάνδημεὶ, καὶ περιμένοντες. Cui addo: ἐν ἑτέ-, ραις πόλεσιν ἔτ' ὄντας. ὧν ἔννοιαν λαβεῖν ἄξιον — 23 f. καὶ τότε ἐχρῆν — 25 ἐξερχόμενοι ὅτω σφόδρα. 37 διοικήσεως] *de adminiſtratione fiſci.* v. Valeſ. Emend. p. 73. cum annotatione Burmanni. 40 ἦν τῦτο [vel τόδε] δεινόν.

515. 1 ἐπὶ] l. εἰσὶ. 10 f. λειφθέντων ἐνταῦθα καὶ κειμισθέντων, σκοπεῖτε εἴ τῳ. 15 ὐκ ἔλαττον ἑκατὸν βυλευτῶν. *ſenatoribus in ſenatum allectis non paucioribus numero quam centum.* 20 ſcio μᾶλλον interdum omitti. mallem tamen hic loci ὡς ἐμοὶ μᾶλλον ἂν προσθεμένων. *quanquam ſpes erat potius ad partes meas a plurimis acceſſum iri, quam ad aliquem caeterorum.* 25 poſſet in εἰ δ' ὖν ſubaudiri συμβαίη. *quod ſi tamen hoc contingeret.* mallem tamen εἰ δ' ὖν μὴ, αὐτός γε ἀπέχεσθαι. *quod ſi autem iſtud fieri nequiret, ipſemet ſaltim me abſtinere a talibus criminibus.* 33 καταςάντας] num καταπαῦσαι. 34 καίπερ εἰδόσιν. *denunciare vobis quamvis non ignaris.* alias denunciantur res ignorantibus. 37 ἐπιτελέσαι] f. ἐπιςεῖλαι. *difficile non erat eam rem literis ad imperatorem referre.* 41 λυπηρὸς ὦ. 43 f. διῳκήθη τά γ' ἄλλα —

516. 1 f. ὅμως μάρτυρος, καθάπερ οἱ μυόμενοι μυςαγωγῶν, ἐδεήθησαν. *opus tamen habebant aliquo commendatore.* vel ὅμως προέδρυ, καθ. *antecessore.* 9 f. ὐδὲ δι' ἄλλων παρέτυχον τοῖς γεγονόσι, *neque per alios interfui negotio.* 13 obſervavi ſaepe operas Morellinas, ſi qua in voce vi-

N tium

tium unum tollerent, in eandem aliud ingeſſiſſe, & reddidiſſe altera manu, quod altera demerent. id quod hic quoque factum. Quum in Veneta eſſet ἠτισάμην, repoſuerunt ἡ Τησάμην. leg. ἠτησάμην uno vocabulo. 13 καὶ τοίνυν. v. Valeſ. Emend. p. 73. 17 δέον. 18 diſtingu. μνησθῆναι περὶ τῶν κατεχομένων, πρὸς ἐδ. *quum mihi non lite, ſed ſolummodo denunciatione eorum, qui meas opes ſurripuiſſent, opus eſſet.* 27 ἀπεστερηκότων ſi probum eſt, debet ἐμὲ ſubaudiri, & tum τοσέτων non ad χρημάτων referri, ſed ſubaudiri ἀνθρώπων. *quum tot homines me meis opibus exuiſſent.* 24 ἐ γάρ. 28 ὅτως, ὥστε τὴν οἰκίαν αὐτῦ καταλαβόντας ἐνίους. 30 τὴν delendum. 37 ἔτη] recte Veneta ἔτι. 41 f. σωφρονέστερος δὲ. cohaeret enim cum γέγονα.

517. 3 ὅτως in vſ. 4. deferendum & ante ἐκ eſt collocandum & locus ſic concipiendus: τῦτον τὸν ἔρωτα, εἴτε παιδικὸν φήσει τις, εἴτε ἀνόητον, ὅτως ἐκ ἔξαρνός εἰμι, ὥστε καὶ ἐπιδείκνυμαι τῷ συνοικίζειν ἐθέλειν. 7 συναγαγεῖν. 13 credebam aliquando poſt τῆς Αἰολίδος deeſſe πολλά. ſed deinceps e Diodoro Siculo didici, Graecos non minus κατέχειν τινος pro *occupare aliquid* dicere, quam κατέχειν τι. Conſtructionem hujus verbi cum Genit. Diodorus prae aliis amat. 17 delendus aſteriſcus. nil deeſt. 19 μή] in Venetae meo quidem codice videor mihi μυ conſpicere, quod aliud nihil eſt quam μοι, ut Anglus & Caſaubonus conjecere. 24 aut prorſus expungendum τοιαῦτα, aut mutandum eſt cum πανταχῦ vel τὰ μάλιστα. 32 τῦ πρὸς ὑμᾶς. *odii erga vos.* ὡς redit

ad

ad ſuperius τότε ὄψεσθε vſ. 29. *tunc videbitis, quod non dubie* —

518. 4 f. ὐ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ εὑρέθησαν [vel ἑωρῶντο] συμπράττοντες.

Orat. XLVI.

Orationem hanc a Dione adhuc juvene dictam fuiſſe, praeter argumentum ex inſcriptione petitum, quo Caſaubonus fuit uſus, haec duo quoque confirmant, unum, quod avi & patris in urbem merita celebrans p. 519. ſuorum nihil memoret; alterum, quod filium p. 522. 13. παιδίον appellet. Conjicias quoque e p. 520. 17. ſqq. Dionem tum fuiſſe ἀγορανόμον ſeu aedilem.

518. 21 τὸ πῦρ] cf. Amm. Marcell. XIV. 7. deinde aut ὐδὲν τι φοβερὰ leg. eſt, aut excidit aliquid poſt ὐδενὶ, e. gr. τῶν σοφῶν. 27 non ſatis liquida neque expedita horum cum ſuperioribus connexio.

519. 17 ἀλλά τοι δι' ἐκείνυς. 21 ἀγνωμόνων. 24 ἑτέρων] ſubaudi ὐσίας. deinde mallem ὐ μείονες γάρ. 26 πολλῶ. quod etiam Interpres expreſſit. Idem quoque recte ἡμῖν reddidit vſ. 28. 32. ἀποληφθεὶς. *deprehenſus* velut a procella. *penult.* f. αὐτὸ χρὴ σκοπεῖν [vel ἀπολογεῖσθαι] τὸ κατ' ἐμαυτὸν. *ſolummodo meam cauſſam dicere*, vel *in oculis habere me oportet.*

520. 1 παραβάλλοντες τύτων, ὐς. cf. Anglum. 4 ὐδεπώποτε. 20 diſtinguo. κατακέκλεικα τῦτον, ἄυξων τὴν τιμήν. In τῦτον ſubauditur τὸν σῖτον. *Non ego frumentum recluſi ideo;*

quod plurimum excolerem [id eſt, non ego ampliſſimorum fundorum colonus, recluſi meſſem] *ſpe atque cupiditate pretii accendendi vel augendi.* 38 ἀνθρώπων. 40 num ἢ παρὰ τῦτο ὁ σῖτος πλείονος ἄξιος, an μείων ἐςὶν? Saepe πλείων cum μείων aut ἐλάττων permutatur. v. p. 527. 16. 42 τὸ χωρίον] ſcil. in quo exſtructa fuit porticus. 44 εἴ τις τῶν πολιτῶν] ſubaudi e ſequentibus ὅτω μοχθηρός.

521. 15 poſt πράγματι ſubaudi εἰκὸς γίγνεσθαι vel δεῖ ἐπιτελεσθῆναι. 25 εἰ καὶ χαλεπῶς. 28 τἀναγκαῖα. 32 καὶ δίκαια καὶ ἄδικα pertinet non ad πολλὰ, ſed ad ὀργισθῆτε, & idem eſt atque δικαίως καὶ ἀδίκως. *ſi quis ſit cui merito immeritove ſuccenſeatis.* 35 ſub γυναικῶν nomine non ſolummodo uxores, ſed etiam matres, ſorores, filiae deſignantur. 36 ἐλευθέρων, καὶ ταύτας ἀναγκάζειν. ſi ſequens ὑμῖν referas ad ὁρᾶσθαι, ut idem ſit atque ὑφ' ὑμῶν *a vobis*, bene habebit περιεῤῥηγμένας, *veſtibus in laceris;* ſi autem ὑμῖν ad περιεῤῥηγμένας referas, mutandum illud erit cum περιεῤῥιμμένας *vobis circumfuſas, ad pedes veſtros advolutas.* 40 ζῆν αἱρήσεται καὶ μίαν. *vivere velit vel unum diem*, vel *horam.* 44 ὑπιδομένους.

522. 3 μετὰ θεοὺς] ſententia eſt: in caſtris alius alio munitiorem, quo ſe tueatur & ſecurius agat, locum non quaerit; munitiorem, inquam, ſolarum rerum humanarum habita ratione, nulla divinae protectionis. nam quem tueri aut perdere volunt Dii, illi locus omnis ad tutelam aut exitium par eſt; nullus tam infirmus locus eſt, quin eum

ſer-

ſervare queat, nullus contra tam munitus, quin eum prodat & fallat. 6 αὐτοῖς ἡ αὐτὴ φυλακὴ *una eademque omnibus adverſus hoſtes eſt munitio.* 8 f. εἴτε τοῦτο ὑπονοήσαντες. *ſive hoc,* [ſcil. amplitudinem ſemitae, in qua meae ſitae ſunt aedes, & ingens damnum, quod effecturum eſſet incendium mearum aedium, flammis vicinas quoque conſumentibus & late graſſantibus] *ſive aliud quid ſuſpicati & veriti, abſque cauſſa tamen, fuiſtis.* Illud *aliud quid* quale ſit, ſignificant ſequentia. Scil. Pruſanos metuiſſe, ne Dio magna armata manu libertorum, ſervorum & clientum arceret & repelleret eos, qui faces in aedes ſuas inferrent & injectum venirent. Hoc ni ſtatuas, non reſpondebunt ſequentia ſuperioribus. 26 ἂν] l. νῦν. 29 δὲ] l. τε.

ORAT. XLVII.

antepen. εἰ δ' οὖν] ſcil. ἱκανοὶ ἐσμὲν vel ἦμεν λέγειν. *penult.* ἀλλὰ νῦν γε πολλήν.

523. 5 poſt ἐστὶν non pauca deſunt, neque ſatis eſt haec, quae ſententia poſtulat, ſupplere. ὡς ἀναγκαῖόν ἐστιν. ὁμοίως καὶ τοὺς λόγους εἶναι, παντί που δῆλον οἶμαι εἶναι. 15 diſtingue, ἔμεινε ταῦτα λεγόντων. οὐκ ἄρα — *quorum iſta praecipientium & ſuadentium nemo domi manſit. Ergone ipſimet ea non ſtatuebant, quae aliis injungerent?* 20 ἐπιμελεῖσθαι. 33 καὶ delend. *omnibus hiſce gentibus a ſe ſubactis ſemet regem impoſuiſſe.* quid ſi vero καταστῆσαι βασιλέας αὐτῶν legatur? ſententia utraque habet, quo ſe commendet. 39

προςαττόμενον. nam praecedit Ἡρακλέα. 41 τὸν πολίτην] ſignificat Augeam.

524. 11 πόλεως delend. e proximo πολὺς natum. 13 f. παρέχηται. 16 poſt οἶμαι tacite ſuppleri debet e ſuperioribus τοῖς. 20 πλὴν] ſubaudi φημί. *ſed tantummodo dico.* 23 f. ἀλλὰ τὸν Ὅμηρον ὑπολαμβάνειν χρὴ, οὐχ ὑπὲρ μὲν — 32 miror Dionem hic potuiſſe Socrati ſtudium plebi rebus in omnibus gratificandi tribuere, adverſante fide hiſtorica. 33 οὐκ ἔχω. 39 in Veneta deeſt φασὶ. debuiſſet Morellus, qui id recte reſtituit, ejus loco φοβερὰν ejicere, quod non ſatis aptum epitheton pro αἰτίαν eſt, aut ſaltim μόνην deberet ſuffici. *ſolam eam fuiſſe cauſſam.* *penult.* f. καὶ τὰ ἐμὰ πράγματα ἐςίν. quod etiam Interpres expreſſit.

525. 17 f. ἐν ᾗ δῆλος [aut φανερός] ἐςι μετανοῶν. 19 τοὺς ἀφικνουμένους] ſubaudi πρὸς αὐτούς. 22 f. ὅπου δὲ τὸ κατοικισθῆναι ἀναγκαῖον ἦν τοῖς ἐκπεσοῦσι, καὶ τοῦτ᾽ ἐλύπει τινάς. 26 f. ἐν ἐλευθερίᾳ δὲ μᾶλλον ᾑροῦντο ζῆν, καὶ διοικίσθαι κατὰ κώμας — 29 in Veneta eſt ἄλλοτε. quod rectum exiſtimo. nam ἄλλοτε non ſolum ſignificat *alio tempore*, ſed etiam *alio loco.* poſſet quoque legi ἄλλοθι, *alibi.* id quod ſententia hujus loci flagitat. *ſi alibi quoque id idem nonnullos male habet.* 30 f. ὁ μὲν οὖν, vel potius ὥσπερ οὖν. 32 poſſet αἴρειν probum videri, proverbiumque ad aliquem reſpicere, qui Dactylum Idaeum ſeu Corybantem in dorſum ſuſcepiſſet geſtandum, tympana pulſantem & intolerabili ſtrepitu geſtantis aures verberantem. quo minus tamen vulgatam legendi & hanc

hanc interpretandi proverbii rationem probem, facit quod non αἴρειν, ſed ἀναιρεῖσθαι fuiſſent dicendum. mallem igitur αἱρεῖν legi, & interpretor de illis, quibus cum adverſario verſuto res eſt, qui, quamvis captus & victus, tamen victorem, in cujus poteſtate eſt, circumvenit, eludit, effugit & vincit. Idaei dactyli appellabantur homines γόητες, πανοῦργοι, δυσκαταγώνιστοι, ut patet e Plutarchi Numa Pompilio p. 128. 17. *edit. H. Stephan.* 34 f. εἰσὶν ἕτεροι τοιοῦτοι. 39 Veneta dat τοῦ τόμου. unde quid erat facilius efficere, quam τοῦτο τοῦ? quo modo legi debet. 41 f. πόλιν καλῶ, καὶ παραβάλλω αὐτῇ τὴν πόλιν ταύτην. aut καὶ ἐξετάζω πρὸς τὴν πόλιν τ.

526. 6 diſtingue non poſt ἔργον, ſed poſt δαπάναις. *vultiſne me meo aere deſtruere jam ſtructum & perfectum opus?* 8 diſtingu. ἢ τί; πρὸς θεῶν, — ſubaudi in ἢ τί, *jubetis*, κελεύετε, aut βούλεσθέ με, *aut quid tandem vultis me facere? dicite id mihi, per deos immortales vos obteſtor.* 13 regula formationis nominum Gentilium flagitaret Νικομηδιέων, ſed uſus probat vulgatam Νικομηδέων. v. Stephan. Byz. h. v. 18. recte in Veneta eſt ἐάν. unde leg. eſt παρ' ἑκάστοις, ἐὰν καὶ περὶ τῶν ἄλλων — ſublato εἰ, quod eſſe poteſt varians lectio partic. ἐάν. 29 συνεισεφέρετε. 34 βασιλέως] num βασίλεια? 36 f. ἀλλὰ μὴ ὀνόματι μόνον, ὥσπερ τὴν τοῦ Νέρωνος καλοῦσιν. 40 aut delend. οὐδέν, aut cum interrogatione negationem ſuggerente leg. eſt πόλεως δὲ ὄφελος ἔσται οὐδέν? — *urbis autem uſus nullus foret?* exiſtimaſne urbem - - - nullo in loco habendam, nulli rei uti-

 lem.

lem, praeſtantem & praedicandam eſſe. 41 poſt λαμβανέσης nihil aliud movendum, quam collocandum comma. ſunt accumulata aſyndeta.

527. 3 τοιαῦτα] ſcil. τὰ ζῶα, non τὰ κῶλα. 4 ἔχη. redit enim ad ἵνα. p. 526. *penult.* 16 f, πολὺ πλείω τόπον ἐποικέσι τῶ παρ᾽ ἡμῖν. Videtur Dioni vitio datum fuiſſe, quod buſta quaedam & ſacras aedes loco moviſſet, ut condendae porticui ne officerent, provocatumque ab ejus adverſariis ad exemplum Antiochenorum fuiſſe, qui condendarum porticuum ergo loca religione conſecrata non moviſſent. Cui cauſſationi ſic reſpondet Dio, ut Antiochenos dicat, ſoli amplioris incolas, in eam non fuiſſe adductos neceſſitatem, ut oſſa mortuorum & religiones Deorum ſollicitarent, quam neceſſitatem effugere Pruſanos non potuiſſe, ſoli ſui anguſtiis coactos. Antiochenos autem ſtatim ab initio Vrbis condendae ſic eam inſtruxiſſe, ſemitaſque porticibus praecinxiſſe, ut locus ſepulchris & ſacellis ibi nullus eſſet, adeoque neceſſe nihil eſſet, ea deinceps movere. 19 νῦν] l. τῆς. verba vero: *neque Tarſenſes neque Nicomedienſes* ſunt continuatio paulo ante coeptae cauſſationis. neque Antiochenos, neque Tarſenſes, neque Nicomedienſes ſe violanda religione polluiſſe. cui reſpondent ſequentia. οἱ ἐψηφίσαντο — cavillatio eſt. *Nicomedienſes enimvero mihi objectatis, illos, qui decretum de transferendis monumentis ſepulchralibus tulerunt?* 21 recte Veneta dat ἀνεγεάψατε. De Macarino dubito adhuc, num *Varinum* nominavit? v. ad p. 530. 2. dicenda. 28 f. ὅπως ποτὲ δοκεῖ, ἐχέτω, τί γὰρ ἐμοὶ τῆς ἐνθάδε

δὲ ϛοᾶς] ſubaudi μέτεϛι. v. p. 528. 16. 34 aut περιπατήσοντα. leg. cum Caſaubono, aut περιπατήσαντα ἄν. ult. in Veneta eſt ἐνέπρησαν. leg. ἐνέπρησα. idque voluiſſe quoque videtur Caſaubonus, quamvis non neſciam ἀναπιμπρᾶναι paſſim reperiri. ſed ἐμπιμπρᾶναι rectius eſt & uſitatius. oratio eſt cavillatoria. *Iovis nempe templum ignibus injectis accendi & ſtatuas illas, quas e piſtrino meo ſtudio protractas videre eſt in publico.* legendum enim eſſe p.

528. 1 ἀνδριάντας, ἃς ἐκ τῦ μυλῶνος — exiſtimo. 12 ὦ] l. ἢ *ſive jam dudum fecerit, ſive jam nunc faciat.* obſcura tamen dictio. videtur in hac periodo deeſſe ἐδὲν ἀντερῶ, *nihil contra dicam.* non pugnabo, non adverſabor. 17 f. μόνος ἐ διελεύσομαι. σαφῶς ἴϛε. ἀλλὰ πονεῖν [ſcil. με δεῖ aut κελεύετε.] *jubetiſne me ſtrenuam operam dare?* 18 προσιέναι καὶ παρακαλεῖν τὸν ἀνθύπατον idem eſt atque προσιέναι πρὸς τὸν ἀνθύπατον καὶ παρακαλεῖν αὐτόν. 23 ὥς καὶ κεφ. 26 nota vetuſtis fabula de vulpe, quam Horatius quoque retulit Epiſt. I. 7. 30. *forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam repſerat in cumeram frumenti &c.* 28 δρυὸς] e cavea lignea, decipula, in quam irrepſerat, allecta odore carnis ibi fallendi ergo abditae.

529. 3 recte Veneta ὥϛε τὰ χωρία — *quum neceſſe mihi fuiſſet pecuniam foenore mutuam accipere, quo ſolum illud redimerem,* in quo jam ſtruitur illa controverſa porticus. ib. τῦτο ἀπολαβεῖν, ſuadebat ſcil. aliquis, ut Dio & illud aes, quod foenore ſumſerat in uſum rei publicae, caeteraque

ipſi debita a civitate reciperet. 5 οἰκοδομεῖν ſimplex. 11 poſt παρ᾽ ὑμῖν excidit μένειν aut καταγηράσκειν aut καθῆσθαι, aut ſimilis Infinitivus. 16 οἷς] l. ὡς. 17 aut παρὰ aut ἐπὶ τὰς. 21 f. ἐᾶν ἄγευστον φιλοσοφίας. *omittere non imbutam philoſophia.* 43 τύπτειν videtur ſcholium v. αἰκίζεσθαι ideoque delendum eſſe.

530. 2 ſubaudi poſt ἑτέραν δὲ e ſuperioribus ἐπίσταμαι. 7 poſt ἢ videtur aliquid deeſſe, ſc. διὰ τοῦτο καλοῦμαι τύραννος, vel ſimile quid. 12 βασιλικὸν] reſpicit ad Trajanum crinitum. 14 ποιοῦντα in ſingulari.

ORAT. XLVIII.

15 ἡγεμὼν τἆλλα, ἂν μὴ — aut ἀλλὰ prorſus delendum. Οὐαρῆνος, *Varenus*, paullo ante nominatus fuit Varenus Rufus, Procoſ. Bithyniae circa A. C. 99. ad 102. ferme. v. Tillemont hiſtoire des Empereurs T. II. p. 177. & 501. Plinius in epiſtolis eum a Bithynis accuſatum ſcribit. dicta ergo fuit haec oratio circa iſta tempora. Cf. ſupra p. 527. 21.

531. recte dat Veneta πρὸς νοσοῦντας. 11 aut deeſt aliquid poſt μηδὲ, e. gr. περιμένειν, vel πείθεσθαι, aut delendum eſt μηδὲ. 13 παρ᾽ αὐτῶν] ſcil. τῶν βουλευτῶν, *aut quando flagitaſtis aliquid ab illis?* Significat ſenatorum eos, qui in adminiſtranda republica peculatus ſe reos, aut ſaltim ſuſpectos fecerant. 18 καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἄλλους μὴ μόνω — vel μόνον. vidit Anglus quoque ex parte. *penult.* κἀκεῖνοι] ſenatores puta.

532. 6 Φησὶ] ſcil. ἡ παροιμία. eſt idem atque Φασί. ſaepe quoque Φησὶ abſque τις adhibetur, quando ſignificandum eſt aliquem argumentum aliquod opponere. de quo uſu verbi Φησὶ, qui tamen ab hoc loco alienus eſt, v. Vpton ad Arrian. Epictet. p. 52. Cl. Weſſeling. ad Diod. Sic. T. II. p. ubi de phraſi *ait*, pro objicit aliquis hoc dubium, agit, it. Heinſius ad Horatium. Conf. infra p. 644. 40. 8 Γέτας] A. C. 101. Trajanus bellum cum Getis ordiebatur. 12 recte dat Veneta ὁμονοίας καὶ Φιλίας. forte ſic integrandus eſt locus: διὰ λόγων ἀεὶ συναγωγῶν ὁμονοίας καὶ Φιλίας *ope adhortationum concordiam & amicitiam conciliantium ſuccurrentes vobis pro virili noſtra.* 22 Φερόντων. redit enim ad γνώμη. 23 ἑκατέροις. *fidum in utramque partem teſtimonium* tam de bonis, quam de malis. 28 ἤχων] f. ἠθῶν vel ψυχῶν *ab animis duplicibus, variis, inconſtantibus & parum fidis.* deinde verba τρόπον αὐλοῦ κατεαγότος διπλᾶς Φωνὰς inducenda ſunt, tanquam reliquiae liturarum auctoris. idem enim dicunt cum ſuperioribus πονηροῦ τρόπον ὀργάνου διαΦέρεσθαι, διπλοῦς Φθόγγους. 31 aut ante aut poſt μήτε deeſt aliquid. ſi ante, deeſt e. gr. μήτε παρὰ τῷ βασιλεῖ, aut μήτε παρὰ τοῖς ἀστυγείτοσι, ſi poſt, deeſt e. gr. εὐδοκιμεῖν vel ſimilis Infinitivus. *ult.* διαμένοντας] num διαλλαγέντας, an potius ἐν ὁμονοίᾳ καὶ Φιλίᾳ διαμένοντας.

533. 5 πλησθέντος] crediditne igitur Dio cavum maris alio alioque tempore magis minuſve plenum eſſe? vix videtur. neque verum eſt. mallem igitur κλυσθέντος aut πληχθέντος *fluctibus*

agi-

agitato, vel *concuſſo & velut verberato mari.* 22 σώζειν hic loci proprium & nativum ſuum habet ſignificatum, *cogere*, *exigere & in acervum unamque maſſam compellere.* 32 παρ' αὐτοῖς] ſubaudi δικασταῖς, *veſtrômet ipſorum judicio & ſententia.* 39 μακαρίαν, ἣν ἐγώ. *ult.* διδῶσι. *dent.*

534. 4 Caſaubono de εἰ reſtituendo conſentio & ſic refingo locum: οἴεσθε με τοῦτο ἐμὸν [ſc. ἔργον vel εὕρημα] ποιεῖν, εἰ [id eſt ὅτι] τὴν ἐμαυτοῦ. *exiſtimatiſne me id mihi arrogare*, *quod beneficium in patriam contuli?* 7 τὰ βουλευτικὰ videntur eſſe numi, quos novus ſenator pro ſua in curiam admiſſione & in collegium centumvirale adoptatione pendere debebat v. Valeſ. Emendat. p. 73. 9 διὰ τὴν διοίκησιν] quia civitati noſtrae id juris ab Imperatore indultum fuit, ut vectigalia provinciae exigat & diſpenſet. 12 κἂν πάλιν. 13 δυνήσομαι δὲ μεθ' ὑμῶν, Φίλοι — 17 ἢ οἴεσθε. 22 καταπλάσαι] apprime congruit locus Plutarchi T. I. opuſc. p. 73. 3. ed. *H. Stephani*, ζητεῖν μυρίζεσθαι, δεόμενον ἐμβροχῆς καὶ καταπλάσματος. 24 aut ταῦτα δ' ἐκ π. aut τἆλλα, ἃ ἐκ π. 39 καὶ ἑτέρους notandum, ut inſolentius & raro modo poſitum eo loco, ubi ratio ſermonis grammatica τοὺς δὲ flagitabat. praeceſſit enim τοὺς μὲν. 42 non mala eſt Caſauboni conjectura. poteſt tamen vulgatae acquieſci, ſi ἥκουσιν non pro 3. perſ. pl. numeri praeſentis Activi, ſed pro dat. plurali Participii accipiatur. *nihil certum eſt eo deductis, ut* —

535. 6 poteſtne ἄφυκτον ſic exponi, *cujus dedecus nullo modo diſſimulari neque evitari poteſt?*

vix

vix puto. fortaſſis legend. ἀπευκτὸν: *votis averruncari dignum.* 9 aut πρὸς αὐτὸ τὸ πρῶτον κῦμα, aut πρὸς πᾶν τὸ ἐπιὸν κῦμα. 13 f. ποιεῖν. ὕτω κἀγὼ, εἰ, ἐμοὶ προςῆκον νῦν ὑπὲρ — *eodem ego quoque loco eſſem habendus, ſi hoc tempore, quo me de concordia dicere deceret, multa de rebus aliis humanis & coeleſtibus diſputarem. ult.* ὕτω σμικρῶν.

536. 14 ἐᾶτε] f. ἦτε, *ſitis.*

Orat. XLIX.

11 ὃ ſubaudi χρῆμα. ſed rectius erit ζῶον poſt δὴ addere. *quod animal omnium ſagaciſſimum habetur.* 25 εὐνὑςατον ob praecedens ἐχθρότατον.

537. 3 quod aliquando conjiceram διαπονὑμενος, id etiam a V. D. adſcriptum in margine Venetae reperii. ſed non urgeo, quia inſolentius eſt διαπονὑμενος pro διαπονῶν, adeoque ſatius erat Caſauboni emendationi acquieſcere. 5 recte Veneta συλλήβδην. 19 ἃ δεῖ] recte vidit Anglus ἀεὶ leg. eſſe. Valde quoque placet ejus προςκεῖσθαι, & prorſus neceſſarium eſt, ſi τῇ γνώμῃ ſervatur; ſi autem τῆς γνώμης legatur, poteſt προςδεῖσθαι ſervari. 30 non incongruum eſt ἀχθησόμενον, *ducendum, moderandum, regendum.* mallem tamen ob praecedens ἄρχειν, αρχθησόμενον. 37 Πελοπίδαν.

538. 2 ὕτως] l. αὐτὸς. 13 pro ὑ πάντας, perinde eſt ἅπαντας, an cum Caſaubono σύμπαντας legas. ſubauditur e ſuperioribus ὕυροι τις. 22 ὅτι] l. οἱ, *qui.* v. vſ. 24. 43. aut delend. ἄρχων, aut

cum

cum ἄρχοντα mutandum. nam διαφέρειν ἀρχὴν idem eſt atque ἄρχειν. conf. p. 546. *antepen.* ubi Dio mentem ſuam magis declarat.

539. 5 ποῖον δὲ ἔτω πανῦργον. Abeſſe non poſſe ἔτω, antecedentia & conſequentia demonſtrant. 18 aut φυλακὴν, aut cum Caſaubono φυλακὰς legendum. verba autem ἢ ἐπιτρέψαι φρυρεῖν delenda, ut ſcholium dictionis ἐντείλασθαι τὴν φυλακὴν. novi Graeci ἐπιτρέπειν pro *injungere, commendare, imperare* uſurpant. ſaepe ἢ indicat ſcholium aut variam lectionem in textum clanculum immiſſam, v. p. 424. 17. aut emendationem antea perperam ſcriptorum. Fontem hunc uberrimum vitiorum in libris Graecis jam alio loco indicavi. In praeſenti unico illuſtri defungar exemplo. In Plutarchi Operibus legitur opuſculum hoc titulo inſcriptum. Περὶ Ἀλεξάνδρυ τύχης ἢ ἀρετῆς. poſtrema, ἢ ἀρετῆς emendant pravam lectionem τύχης. nos enim hodie ſolum modo diſputationem Plutarchi de Alexandri M. virtute habemus; illa vero de Alexandri M. ſecunda fortuna dudum periit. ut in obſervationibus ad Plutarchi p. 333. demonſtratum dedi. 20 ἀλλ' ἐκ αὐτὸν δεῖ καὶ νύκτωρ καὶ καθ' ἡμέραν — *annon oportet eum noctu diuque.* 23 αὐτὸς aut in αὐτὸν eſt mutandum, aut utrumque eſt admittendum. μὴ λάθοι αὐτὸς αὐτόν. 34 f. ἀφορῶντα ταῦτα λέγειν. 45 Valeſius Emendat. p. 74. & ad Ammian. Marcell. p. 37. emendat Ἰσμηνίαν, aitque ab Apulejo Floridor. I. hanc ſententiam non Iſmeniae, ſed Antigenidae tribui.

540.

540. 1 f. ȣ παντελῶς ὅμοιον ἂν, ἐμοὶ δοκεῖν. *res non eadem, me quidem judice.* 6 τȣ̃ μὲν ὄντως. 13 δὲ delend. 20 recte Veneta φαυλοτέρων. 21 f. ἐθέλοι τρέφειν προςκείμενος. *alienos alere velit aſſidue atque diligenter.* poteſt tamen προκειμένȣς defendi & accipi pro ἐκκειμένȣς, *expoſitos*, rapi faciles volenti cuique obnoxios. 24 f. ȣ̓́τε γὰρ δίκαιον, ȣ̓́τε καλὸν, νὴ Δία, τῶν ἀναγκαίων — 28 ὑμῶν] ſubaudi ἄρχειν. deinde mihi videtur hiatus in oratione ſe prodere, & haec ſententia deſiderari: ergo deberem ego quoque hoc mihi imperare & a me quamvis invito impetrare & extorquere, ut magiſtratu apud vos defungerer, ut vos regerem, qui quidem philoſophus volo videri. 33 aut τὸν cum τὸ, aut cum αὐτὸν eſt mutandum. *ipſum aliquem ultro ambientem magiſtratum.* 39 ὑφ' ὧν] l. aut ὑπὲρ ὧν, aut ὑφ' ὑμῶν, ὧν λέγω. p. 546. 30. ὧν etiam perperam pro ὑμῶν eſt exaratum. 42 ἀλλὰ τὸ ἀεὶ πλείȣς ἀσχολίας καταλαβεῖν, *ſed quod ex aliis alia me obruerent identidem negotia, id me tamdiu veſtro in magiſtratu gerendo invitum detinuit.*

541. 4 diſtingue βȣ́λεσθαι, τὸ αὐτὸ καὶ νῦν.

Orat. L.

In titulo περὶ τῶν ἔργων] ſubaudi· ἑαυτȣ̃ aut τȣ̃ παιδός. quod ex ipſa oratione colligitur. 5 καὶ ȣ̓κ ἀνόητον etiam V. D. in margine Venetae correxerat. 23 aut ἀτιμοτέρȣς leg. aut τὸ ἀτιμότερον, ſcil. μέρος.

542. 3 ἀνέχειν. duobus vocabulis. 5 ἅπαντας: & ſic quoque V. D. in margine Venetae. 6 ὡς delend. 19 f. καὶ καομένους καὶ πάντα ἐπὶ σωτηρίᾳ πάσχοντας. In Veneta non eſt καὶ καομένους, 25 οὐ μόνον etiam V. D. in margine Venetae correxerat. 27 ἰσχὺν] f. σύνεσιν. 35 antequam mihi liceret Venetam hic loci inſpicere, correxeram δοκοῦν, & ſic illa quoque claris literis exhibet. Sententia, ſi bene memini, Demoſthenis eſt. *veteris alicujus oratoris illa dictione, quamvis videatur omnem ſuperare adulationem: ſcilicet: populum ſane merito in oculis tulerim: ego merito utar.* 39 σωφρονεῖ. 41 ἐξ ἴσου] ſubaudi ἐμοί. *pariter atque ego.* deinde ſcrib. θεραπεύσειν.

543. 3 εἰ mallem abeſſe. 10 f. ἢ πραγμάτων ἐχόμενον ἐπιδεδειγμένους. 13 poſt πρότερον videtur οἷον deeſſe, aut vſ. 14. λέγων poſt πατέρα. *adeo, ut poſſim confidenter dicere: habetis quidem bonos rectores, non tamen vobis dignos, aut majorum quoquam, qualis fuit pater meus, aut ditus, aut ſi qui alii boni & honeſti fuerunt.* 16 f. μηδείς με ταῦτα νομίσῃ. 17 τῷ προΐστασθαι. 19 ὡς νῦν γοῦν ἀληθῶς. 32 recte habet Veneta συνέλθητε. δεῦρο reſpicit ad ſenatum, in quo dicta fuit haec oratio. 37 poſt ὑπόσχεσιν excidit οὐκ ἀπειλήν. 38 recte dat Veneta ἰσχύειν. 42 οὐκ delend. 43 ἀλλ' οὐ καὶ ἐπὶ — *tanquam ſi veritas in ſolis malis prodeſſet, non autem pariter quoque in bonis, idque propterea, quod bonis verbis uteretur.*

544. 8 τὸ ὑμέτερον] ſubaudi δίκαιον aut ἀξίωμα. 9 τὸ ἀπολογεῖσθαι. 10 ἐμαυτοῦ. 20 ἐμὲ — γινόμενον] eſt Accuſat. conſequentiae, loco Genitivi.

tivi. quod ſchema Dioni eſt uſitatum. 22 ἐπεὶ idem eſt atque ἔπειτα. 30 πότερα] l. πατέρα. forte quoque συμβȣλεῦσαι leg. ſed ſequentia non expedio. ante κρείττονα videtur aliquid excidiſſe. 34 f. τὸ γὰρ ἔχειν υἱὸν, αὐτὸν ἀξιώσαντα — *nam habere filium, quem ipſe dignum urbe* [h. e. urbis moderatione] *judicaveris. penult.* αὐ] mallem ἄν.

ORAT. LI.

545. 12 e Phoeniſſis Euripidae vſ. 395. petitum eſt: δȣ́λȣ τόδ' εἶπας μὴ λέγειν ἅ τις φρονεῖ. deinde leg. πῶς ȣ̓κ ἂν — *quomodo fieri queat, ut ille ſervus non ſit?* 18 μέτριον] acerbius enim fuiſſet dicere ὃν μισεῖ. 19 πάντες πάντας. 28 f. παρὰ τὸν τόπον ἐναντιώτατά ἐςι τὰ — *diverſo loco diverſiſſimi ſunt ſermones.* loco mutando mutantur quoque ſermones.

546. 1 τȣ́τȣ] Diodori puta. qui a gymnaſiarchatu ad urbis praefecturam fuit translatus. 3 δοκεῖτε. & ſic quoque Interpres & V. D. in margine Venetae. 14 f. αὐτὸ *ſolum velle.* 18 κατὰ τὴν ἀξίαν pertinet ad μεγίςων. *vos intelligitis quaenam res ex vera aeſtimatione ſint maximae.* 19 τȣ̃ δαπανᾶν praeter Interpretem V. D. quoque in margine Venetae notaverat. 29 recte dat Veneta φιλοτιμιῶν. *majores penes vos ſunt honores ſtudiorum bene de vobis merendi,* ſubaudi: *quam largitatis in expenſis veſtra cauſſa faciendis,* ἢ τῶν δαπανῶν. 43 εὐφροσύνη pro σωφροσύνη inſolens eſt; quamvis per linguae Graecae rationes ſignificare

queat *bonam mentem*, ſtudium virtutis, attamen longe aliud per uſum ſignificat, ſcil. *hilaritatem*. quare malim σωφροσύνης.

547. 1 aut ὥςε μηδενὶ aut ὥς' ἐν μηδενὶ ἐλάττονα. *ut nemini, aut nulla in re minor appareat*. ἐλάττονα quoque V. D. in margine Venetae. 10 καὶ ταῦτα, οὐκ ἀργύριον — 12 ſi poſt ἀλλὰ nihil deſit, ſed in ἀλλ' ὅπως ſubaudiatur e praemiſſis ἐπιμελούμενος, *ſed ei rei dans operam*, ut — debet deinceps ante νουθετεῖν inſeri ὅτι. 18 παρ' αὐτοῖς. 20 aut delend. τὸν ſi ſervetur ἐπικαλούμενον, *accuſatum* (ſaepe apud Lyſiam ἐπικαλεῖν pro ἐγκαλεῖν uſurpatur) aut leg. τὸν ἐπιχειροῦντα, *id audentem*, vel *inſtituentem*. 32 πρὸς] l. περὶ. 35 πρεσβεύοντες. 38 ἡσθείη ὑμῶν τοιούτων ὄντων. *pen.* optime Veneta καὶ τιμώντων ἐγκώμιον, δῆλον.

ORAT. LII.

548. 7 f. μετοπωρίνῳ. 29 ἐλογιζόμην.

549. 9 recte Veneta dat καὶ τὸ αὔθαδες. 12 poſt [illegible]πεινὸν vel in hac regione deeſt ἐχόντων aut λεγόντων. 13 δριμὺν. 23 τὸν ἄνδρα] Æſchylum vult. 25 punctum delend. *quod Æſchylus nil curaverit efficere, ut probabile videretur, Vlyſſem a Philoctheta non agnoſci.* συγγινωσκόμενος raro modo poſuit autor pro ἀναγνωριζόμενος. 28 οὐκ delend. ſed, ut verum fatear, ratiocinium Dionis non intelligo. res plana eſſet, ſi Vlyſſes, non Philoctetes, toto decennio aegrotaſſet. Sunt alia quoque hujus libelli obſcura, quia Æſchyli & Euripidae

pidae ambae fabulae de Philoctela perierunt. 29 ἐτῶν. *decem annis interea elapſis.* 35 *cauſſa ipſi* [Æſchylo] *nulla erat, quare chorum introduceret, adventum ſuum excuſantem, id quod chorus Euripideus facit.* 39 ὅτι. 40 aut προσέλθοι leg. aut προσέλθοιεν. quod V. D. in margine Venetae notavit.

550. 5 ἐξ ἅπαντος οὐκ ἦν ſignificat *nullo modo fieri poterat.* ἦν idem eſt atque ἐξῆν, ἐνεδέχετο. 7 mallem δοκεῖν, i. e. κατὰ τὸ δοκεῖν. *quantum mihi videtur.* 14 εἰσάγει. 28 f. εὐσχημονέστεροι καὶ μᾶλλον ἥρωϊ πρέποντες, ὡς Φιλοκτήτου ὄντες, ἀλλ' οὐκ Εὐρυβάτου. *Philoctetae apud Æſchylum ſermo decentior eſt & heroë dignior* [quam apud Euripidam] *ut qui Philoctetae ſit, non autem Eurybati, neque Pataecionis.* Apoſtolius πατακίωνα appellat Proverb. *Cent.* 15. 90. ubi proverbium ſic recitat πατακίωνος συκοφαντικώτερος. 39 aut hoc vſ. leg. εὐφρανθῆναι, aut vſ. 40. poſt μᾶλλον addendum ποιῆσαι.

551. 6 poſt Αἰσχύλου videtur ἁπλότητι excidiſſe. 12 conf. orationis 59. initium p. 574. 575. 17 Φησὶν *ait,* Vlyſſes puta. 33 αὐτὸν praeter Caſaubonum etiam V. D. in margine Venetae notaverat.

552. 2 ὁ δὲ Σοφοκλῆς. 8 εἶναι delend. 19 recte dat Veneta καὶ τὸν χορόν. 23 ἤθη. *animi velut mores & conſtitutiones.* 41 τοῦ Νεοπτολέμου. 44 recte dat Veneta ἐπιφανεῖς.

553. 3 εἰκῇ *fruſtra.* 6 recte Veneta dat τῷ μέλιτι. mallem quoque κεχρισμένον.

ORAT. LIII.

10 ἐναντία] recte dat Veneta ἔνια. 18 f. ἐν πολλοῖς, νὴ Δία, λόγοις. *multis in libris.* Ariſtoteles enim dialogos non ſcripſit, &, Baſilio ſi habenda ſit fides, periculo facto dialogorum ſcribendorum, Platonis praeſtantia deterritus abſtitit, quem ſe aſſecuturum deſperavit. v. Fabric. B. Gr. T. II. p. 187. 29 μετὰ] mallem κατὰ vel διὰ. *ult.* ποιεῖν] Veneta dat ποιεῖ. unde effici debuerat ποιῇ.

554. 1 Si ullo de alio Dionis loco, de hoc profecto praeclare meritus fuit Anglus, cujus emendationem ex aſſe probo. 8 videtur quidem διαςῆσαι propius a literarum veſtigiis abeſſe, quam διαςεῖλαι. praefero tamen hoc, quia cum ſententia loci & ratione Graecae linguae magis convenit. *Diſtincte, explicate tradere & docere* eſt διαςέλλειν. an διϊςᾶν eodem ſenſu quoque uſurpetur, non memini. 9 f. οἶμαι, ἐδὲ δύο — id eſt integre καθάπερ, ὡς οἶμαι, ἐδὲ ῥᾴδιον δύο φίλων — 17 V. D. in margine Venetae περὶ ſupplet poſt ἐδὲν, me non prorſus improbante. videtur tamen ea quidem medicina perſanatus hic locus non eſſe, ſed adhuc plura deſiderari, & haec ſententia eſſe: Zeno eorum, quae Homerus ſcripſit, ei nihil imputat, neque Homerum ipſum refutat, ſed profitetur docetque Homerum quaedam vere, & ex animi ſententia, alia ex opinione vulgari & ſpecie tenus, narraſſe. forſitan ſcripſit Dio ἐδὲν τῶν Ὁμήρε μεμφόμενος καταλέγει, ἀλλὰ διηγέμενος. 28 recte dat Veneta κατὰ τὴν ὑπόθεσιν, id eſt,

κατὰ

κατὰ τὴν αὐτὴν vel *κατὰ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν*: vid. quae hoc de genere dictionis in breve contractae ſcripſi ad Polybii p. 424. Perſaei de Homero commentationem neque Diogenes Laërtius VII. 37. neque Fabricius B. Gr. T: II. p. 408. in Catalogo Stoicorum memorat. Forſitan libro peculiari Perſaeus hoc argumentum non tractavit, ſed aut in libris *τῶν διατριβῶν*, aut illis *τῶν χρειῶν*, quos ambos Laërtius l. c. nominat. 32 ante *ὡς ἱκανὸν* deeſt aliquid, e. gr. *καὶ θαυμάζει*. 39 non expedio hunc locum multis conjecturarum modis a me exagitatum, quas premere ſatius duco. Id unum non poſſum praetermittere ſilentio, in Veneta pro *ἄγαται* eſſe *ἄγαθαι*, unde numquid utile & ſalutare loco extundi queat, viderint alii. Num in *ἐπιὼν* latet *εἰπὼν*? 41 *ὑψηλήν*.

556. 8 *ἐν βραχεῖ ἐρῶ, οἷος* — 16 *αὐτόν τ' ἐπιστάμενον*. 20 *ἀνθρώπους*] ſubaudi *ἀφομοιοῦν*. mallem tamen *ἀνθρώποις*, in Dativo. 21 recte dat Veneta *τὸν αὐτῶν τρόπον*. Perinde eſt *αὐτῶν* an *αὐτῶν* legas, modo Genitivus pluralis ſit.

ORAT. LIV.

ult. f. *παρὰ τῶν πόλεων*.

557. 11 *ζητῶν, ὧν οὐδὲν ὄφελος αὐτῷ*. 21 *προσεῖναι* hic loci idem eſt atque *προσιέναι*. 31 *τὸ* delend. *ult.* *γίγνεσθαι ἐπὶ τῶν ἄλλων καταδικασθέντων*.

ORAT. LV.

558. 7 Probo Caſauboni emendationem. Eſt quidem *ἵππος* nomen Graecum, niſi fallant Plinii

Codices, & forte fallunt H. N. VII. 57. ubi ait *Hippum Tyrium onerariam inveniſſe;* attamen hic loci credo ἱππίȣ eſſe emendandum. & forſitan ille Phidiae magiſter in arte ſtatuaria fuit Hippias fictor, de quo Pauſanias p. 483. & Plin. 35. 40. quod ſi autem ἵππȣ bene habeat, neceſſe eſt reliquias illas eſſe vocabuli, cujus prima pars periit, e. gr. Λυσίππȣ aut Χρυσίππȣ, aut Νικίππȣ aut ſimilis. 8 ὁ ἀδελφὸς] quodnam illi nomen? 21 ἐξευρεῖν neceſſe eſt legi, ſive cum φησὶν addito, ſive abſque eo, tacite e ſuperioribus repetendo. nam ſequitur γενέσθαι vſ. 23.

560. 37 de vulpe Archilochi v. Ruhnken ad Timaei Lexicon Platonic. p. 183. 38 ȣ̓δέν.

561. 32 τῶν ἐχομένων. 33 niſi praeceſſiſſet τὰ πάθη καὶ τὰ νοσήματα, crederem verba ἢ τοῖς νοσήμασι ſcholium verborum τοῖς πάθεσιν ideoque delendá eſſe. 36 μὲν] ad hanc partic. reſpicit δὲ ſequens p. 562. 3. 37 καὶ delend.

562. 1 δὲ] l. δή. 4 recte Veneta dat συνέχει.

563. 8 poſt Ἕκτορα ponendum ſemicolon; & in Νέστορα atque vſ. 15. in Ὀδυσσέα repetendum mente e ſuperioribus παρατιθεὶς Ὅμηρος. 19 ὀλίγȣ *paene. penult.* diſtingue non ante, ſed poſt εἰκῆ. *non temere morientem fingit.*

564. 5 ἔδει. *oportebat.* 10 aut ſolum αὐτῷ delendum eſt, aut una cum τάχα. 13 f. locus ita eſt conſtituendus: προβάτων καὶ κωδίων. Γλαύκωνι δὲ δικῶν καὶ συκοφαντημάτων . . . δὲ καπήλων καὶ ἀμίδων, Μένωνι δὲ - - Glauconem in Socratis familiaribus novi, non Glyconem. v. Xenoph. Memorabilia. 3. 6. ἀμίδες hic loci

non

non ſunt matulae, ſed amphorae vinariae, lagenae. ἀμὶς interpretatur Heſychius per ςαμνίον. & eo ſenſu accipio vocab. quoque in illo Axionici, quod Pollux 10. 122. & Athenaeus 6. 9. habent. 19 recte dat Veneta διαλέγοιτο.

ORAT. LVI.

7 λέγῃς aut λέγοις. 17 ſi ſenſus dictionis ille eſt, quem Interpres ei dedit, neque alio modo corruptum eſt vocab. legend. eſt κατέςῃ. *penult.* in Veneta eſt ποιμένας ἅ μόνον ὀνομάζειν, unde efficio π. δεῖ μόνον ὀνομάζειν.

565. 10 ςρατιᾶς. 15 καλέμενοι καὶ κατὰ πλείους ἐν τοῖς πολέμοις ἄρχοντες καὶ κατ' ὀλίγους aut καλέμενοι κατὰ πλείους — ἢ κατ' ὀλίγους. 24 aut delend. ἄλλους aut in ἄλλην mutandum. 30 recte dat Veneta δι' αὐτόν. unde ſic reſtituo locum. ἑλλήνων ἕκαςος, τῶν δι' αὐτὸν ὀνομασθέντων. 44 v. Simſon Chronic. A. 3256.

566. 5 poteſt γένος defendi & exponi per κατὰ γένος. poſſet quoque γόνος legi. mallem tamen γένους. 10 νενικηκότα μάχῃ καὶ κρατήσαντα. 40 forte redundat αὐτοῦ aut τοῦ Νέςορος. 41 αὐτῷ *ſi Neſtor ipſi* (Agamemnoni) *aliquid imperaret.* 42 τις] recte Veneta τι dat. *ſi quid Neſtor Agamemnoni per inſomnium praeciperet.*

567. 21 poſt οὕτως videtur αἰσχρῶς vel ſimile Adverbium deſiderari. in verbis οὐ πεισθεὶς incipit reſponſio. 27 τὴν ἀρχὴν ſuſpectum. certe non video, quid ſibi velit.

568. 14 ὕβρεως, καὶ τά τε ἄλλα — illud καὶ neceſſe eſt ob ſequens ὑποδέχεται τά τε ἄλλα ſcil, ποιεῖν. *& ſe recipit facturum omnia reliqua.* 34 εἰρημένον.

Orat. LVII.

569. 5 aut παραμυθέμενα, ut ad ἔπη redeat, aut ſi ad Νέστορος referatur, παραμυθεμένε & διδάσκοντος. 36 locus hic mihi pariter, atque Caſaubono fuit, eſt obſcurus. *penult.* τῶν ἐ ξυνιέντων.

570. 10 recte corrigitur in margine ἐν pro ἥ. 11 poſt αὐτὸν videtur λέγων deeſſe. 14 ἀδυνάτε. & ſić quoque V.D. in margine Venetae. ſed praecedentia corrupta non expedio. 16 αὐτὸν *ſemet ipſum conviтiis exagitans.* 25 μέλλοντα τὰ μέγιστα. 30 αὐτὸν *efficere, ut aeger ſemet ipſum praebeat medico.* 31 poſt ἀηδὲς videtur παρασκευάζειν deſiderari. 33 ἂν delend. aut cum αὐτῷ mutandum. 44 νομίζωσι. 45 f. ἢ καὶ — ſed ſubeſt hic aliquid ſcabritiei, & videor mihi liturarum indicia quaedam deprehendere.

571. 17 ἐβέλετο. mallem quoque καὶ primum abeſſe. 27 δοκεῖ. *ult.* ἐῶμεν] ſcil. λέγειν.

572. 33 ἐκείνοις] illis veris auribus regis Perſarum, non ſymbolice ſic dictis hominibus. 34 aut φυλάττεσθαι ſenſu paſſivo eſt accipiendum, non Medio, aut φυλάττειν legend. quod mallem.

ORAT.

Orat. LVIII.

573. 6 ποτε delendum, ut natum e ſequente πότερος. 8 f. αἰρεῖ, ille ſcil. qui telo immiſſo aliquem ſternit. 35 δραπετεύοντα. penult. ἔφη ſcil. Achilles.

574. 4 παίειν. 11 οὐρανοῦ] reſpicit ad id, quod paullo ante dixerat, deos adfuiſſe nuptiis Pelei cum Thetide. 12 πολεμικὸν] id eſt κλέπτην τοῦ πολέμου, qui fallere hoſtem novit & arte doliſque plus, quam vi aperta efficere. v. vſ. 31. 26 f. ὅταν μῦν ἀποκτείνωσι *quando murem occiderint.*

Orat. LIX.

3 Φανῶσι ταύτην. V. D. quoque ταύτην in margine Venetae correxerat. ad titulum hujus Orationis, qui monet hanc diſputationem eſſe paraphraſin, conferri velim locum Noſtri ſupra p. 551. unde clare patet paraphraſin hanc eſſe prologi ad Philoctetam non Æſchyli, ſed Euripidae.

575. 3 f. ἐν πᾶσιν ἔχειν. aut ἐν τούτοις deprimendum eſt ad vſ. ſequentem poſt χαλεπὸν. *at forſitan difficile eſt in his* [plebejis] *invenire.* 23 ἐπισταμένους. 28 ἔχῃ. 39 f. καὶ τὰ τόξα. τοσούτου οὖν προκειμένου ἄθλου πῶς οὐ πάντα—*tanto ergo propoſito* vel *imminente certamine, quomodo non ſit alacer omnis vir?* 44 ſic diſtingue: πρόεισιν ὁ ἀνὴρ. *prodit vir.* αὐτὸς ὅδε ὁ π. *ipſe hic eſt Paeantis filius.*

576. 2 ſic diſtingue: ὁρμάματος οὕτως. τό, τε γάρ. 13 f. ἀφῖγμαι. *ſi vero nunc veni opportuno*

tempore, videris mihi, id eſt ſpero te *multam gratiam habiturum ſuſcepti huc itineris*. leg. enim eſt εὐλογίαν, non ἀλογίαν. *benedictionem multam.* 15 αἰτίας] f. ἑστίας. *ſcito igitur me non foci, id eſt cibi & hoſpitii cauſſa huc veniſſe.* 28 ἄλλην ὢν duabus vocibus. *penult.* f. ἔχον, ἢ ἐπεπόνθει κατεψευσμένος.

577. 1 diſtinguo & lego ὁτιοῦν. Incipit Philoctetes: ὦ μηδενὸς ἀποσχόμενε τῶν χαλεπωτάτων λόγῳ τε καὶ ἔργῳ. *o Vlyſſes, qui nihil te putas indignum, quantumvis atrox, o hominum omnium & dictis & factis verſutiſſime Vlyſſes.* 4 τοῦτον τὸν ἄνδρα. 6 ἤπερ σύ, οἶμαι — 11 recte Veneta dat οὗ. *ubi peracto ſacrificio.* 19 ἔγωγε] ſubaudi εἰμὶ vel καθέστηκα. *ipſe ſum in eadem, qua tute, conſtitutus neceſſitate.* 20 ἔχων & ξυμπροθυμηθείης. 36 τελαμῶνες τε λύθρου ἀνάπλεοι *faſciae ſanie plenae.*

ORAT. LX.

578. 10 ab ἀλλὰ incipit reſponſio reſpondentis. in ἀλλὰ ſubaudiri debet ὅρα, *at vide.* poſt μὴ videtur excidiſſe φανῇ ſcil. Sophocles. vide, ne deprehendatur Sophocles. 19 recte dat Veneta ὅ, τις ἄν. 20 ἅ τις ἂν ὀρθῶς, ejectis καὶ μή. 29 f. τί οὖν; οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι οὐκ ὀρθὰ [vel οὐκ ὀρθῶς] δοξάζουσι. *quid ergo? rudis hominum pars nonne prave ſaepe ſentiunt?* deinde excidit reſponſio ναί, *utique.* tum ſequitur interrogatio: *neceſſene ergo eſt, ut ille, qui* — 32 diſtingue poſt ἐπεχείρησεν interpoſito ſigno interrogationis: *negas*

vero

vero Neſſum id facinoris tentaſſe? reſpondet ȣ̓ *ego vere nego.* 34 πεπειραμένον. *ult.* forſ. λογιζοίμεθα.

579. 5 f. ȣ̓ χερσὶ βιαζόμενος. aut ȣ̓χ ὃν φασὶ βιαζόμενος, *non eo modo vim inferens, quem vulgo crepant.* 12 V. D. in margine Venetae pro ȣ̓ ſubſtituit ȣ̂ν vel σύ. mallem aut deletum ȣ̓ aut cum ἀνὰ mutatum, ut ſit ἐὰν δ', ἔφη, ἀναπείσῃς αὐτόν. 17 Morellus pro egregia ſua conſuetudine una manu vulnus ſanavit, altera inflixit. In Veneta eſt ἢ κοιμένων. unde debuerat effici οἰκοιμένων. 26 ἅτε καὶ βȣλομένη. *penult.* aut τὰ μὲν del. aut addend. aliquid poſt παραμυθȣμένη, e. gr. τὰ δὲ νȣθετȣ̃σα.

580. 11 ὁμοίᾳ] ſubaudi τῇ πρὶν. 26 poſt λόγȣς videtur ἔντεχνον deeſſe vel ſimile quid. ſolertia quorundam e philoſophis circa fingendas diſputationes videtur mihi quodammodo accedere ad ſigillariorum fictorum ſolertiam. nam leg. eſt τῷ τῶν κοροπλάθων. ſcil. ἐντέχνῳ vel φιλοτέχνῳ. & ſic quoque correxerat V. D. in margine Venetae. 28 εἰς τȣ̃τον, & ſic quoque idem V. D.

ORAT. LXI.

581. Ex hac Oratione patet, Homerum vetuſtis Graecis idem fuiſſe, atque noſtratibus eſt Codex ſacer, & veteres in Homerum aeque futilia & ridicula fuiſſe commentos, atque ſacrorum multi oratoreum e ſuggeſtu in dicta ſui Codicis delecta blaterant. quantas ingenio ſuo fidiculas admovet ut Homeri palliet atque interpretando comat &

ornet ἀλογίας. 18 poſt ἔχειν tacite repeti debet e ſuperioribus λέγει. mallem tamen hoc adeſſe. 38 aut delend. eſt punctum poſt ποτε, & ſane nullum eſt in edit. Veneta, aut leg. eſt & diſtingu. ſic: ἴσως. *forſitan*. ſcil. *ex iis, quae ſuper ea fuerunt acta, licet de ipſius animo facere conjecturam.* ut haec ſit reſponſio ficta foeminae, cum qua ſe Dio colloquentem fingit, & tum pergat Dio πότερον οἰώμεθα. *licetne nobis autumare?*

582. 3 εἵλετο. *nunquam Chryſes in animum ſuum id induxiſſet.* 24 καὶ delend. 28 διελθόντων δὲ δέκα ἐτῶν. facile potuit δέκα ob praecedens δὲ excidere. 42 ἔχοντος πρὸς αὐτήν. v. p. 583. 32.

442. 5 γε pro δὲ exarandum eſſe, quod flagitat mos ſcriptorum, non valde contendam, neque hoc, καὶ διὰ ταῦτα, καὶ δι' ἐκεῖνα. nam poſito hoc poſteriore, prius quoque membrum ſubinnuitur. 6 ἃ [vel ὅσα, ut p. 448, 6.] βούλεται, δράσει. 13 ἀλλ' ἁμαρτεῖν ἐδόκει *verum Caeſar in eo peccare viſus fuit,* ὅτι — *quod vel ſemel regem ſe appellari paſſus eſt impune.* 33 ἄλλο τι ἢ καὶ ἐφ' ὑμᾶς.

443. 42 aut πολλὰ καὶ ἀγαθὰ ὑπ' αὐτοῦ προπ. aut πολλὰ ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἀγαθὰ προπ. 78 αὐτοὺς] ſententia ſubjicit τοὺς περὶ τὸν Βροῦτον ſignificari.

444. 15 χαλεπωτέρων. 16. 22 f. μισοῦντες. *odio habentes omne id, quo ſimiles aliis fiunt, eo, quod illud jam aliis perpetratum eſt.* alias, ſervato νομίζοντες, delend. ὡς καὶ.

445. 61 ἂν delend. aut leg. πάνυ κακῶς, vel παγκάκως. 66 conſtituerem verba ſic ἢ τὸν

Ἀντώ-

Ἀντώνιον πάλαι τε καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῖς πολέμιον εἶναι ὁμολογεῖν ὑφ' ὑμῶν κεκρίσθαι. *aut neceſſe eſt confiteri, Antonium a vobis judicatum & agnitum eſſe jamdudum ex ipſis facinoribus ſuis hoſtem patriae, &,* [hoc quoque judicatum a vobis eſſe] *oportere eum puniri.*

447. 72 τοῖς ἐλευθέροις.

448. 89 εἰ δὲ δὴ καὶ. 19 συνιέναι] ſubaudi ὅτι μὴ δεῖ μέλλειν. *abſque mora ſuſcipiendum eſſe bellum, ex eo quoque intelligetis, quod ego* — ὅτι non ad συνιέναι, ſed ad κἀκ τούτου pertinet. 22 verba parentheſi incluſa malim, aut poſt εἰρήνην vſ. 20. aut ſaltim ante ἀφεὶς collocari.

449. 26 aut delendum τε ut e proxima ſyllaba γε natum, aut pone ἐπιτρέψαι eſt collocandum. 31 f. καὶ ἐμὲ πάνυ ἂν ἡδέως. 41 καὶ ſecundum delendum. 54. 60 αὖ delend. particulae μὲν reſpondet ἀλλὰ vſ. 65. 66 τινὶ εἶναι eſt vera Dionis manus. Eſt latiniſmus *ipſi reliquit alicui eſſe videri.* id eſt, reliquit ipſi hoc, ut aliquis eſſe videretur.

450. 72 καταγαγών. 80 ἐκεῖνον μὲν τῶν χρημάτων. id poteſt e lectione vulgata effici. pro nova lectione facit p. 458, 12.

Lib. XLVI.

452. 29 κάτω πάντα ταράττων. v. p. 453, 58.

453. 55 συναίρεται. 60 nullus dubito τοῦ πορθμοῦ nomine fretum Siculum ſignificari. nam illud fretum, non Euripus Euboicus, nudo illo nomine

nomine ſolet appellari a Polybio & aliis, eoque id deſignaſſe auctorem patet e p. 458. *in fine.* 61. 73 f. ἐργολαβῶν? ὃς τίνι ἂν ἢ γένος, *qui cuinam reliquiſſet, aut relinquere potuiſſet.*

454. 96.

455. 29. 47 μὲν ſuo ſocio δὲ carens lacunam indicat. ſententia quoque hiat, quae debebat haec eſſe. dixerat enim antea, Ciceronem, quas pronuntiaret orationes, eas mortuas projicere, domi demum perſcribere & concinnare, ſpiritibuſque & nervis inſtructas edere. tale quid, ait, cum Verre tibi contigit, quem *memineris velim, quomodo viva quidem voce accuſaveris.* hoc eſt κατηγορεῖν. jam deeſt alterum membrum: *quomodo vero ſcriptis.* haec quondam fuit loci nunc imperfecti ſententia. verba ipſa auctoris promittere, foret arrogans. καταγράφειν τινὸς, quod olim h. l. ſuadebam, nil vetat quominus ſignificet *aliquem ſcripto lacerare.* v. ad p. 99, 51. dicta. deinde non video quid ſibi velit καίπερ. num καὶ πέφηνας. cf. p. 457, 14. οἷ ἐνεῤῥῆσαι adhuc placet, eademque, quae olim, ſententia loci videtur eſſe.

456. 79 πολιτεύῃ eſt *rebus tuis ſtudes,* ſtudia tua urges & perficis. verbi vim expoſui ad Diodori Siculi I. p. 373. 30. 79 ἔγραψα *legem tuli, in tabulas retuli,* vel *in tabulis exponi juſſi,* rogationem *tuli,* ut in indice graeco v. γράφειν redditur, ubi vid. conjungi ſolent illa duo εἰπεῖν *verbis ſuadere* legem & γράφειν *in ſcripta referre.* 96 mallem verba ſic ordinari. περὶ πλείονος τοῦ τῶν δεόντων εἰπεῖν τι ποιούμενος.

457. 21 γὰρ] mallem δὲ.

458. 80 ὅμως. 91 rectum eſt ὅτι. verba ſic ſunt accipienda ac ſi dixiſſet. οὗτος δὲ ὅτι διὰ τὴν ἀρετὴν προετιμήθη, δίκην ὑφέξει. 3 ἢ ἡμεῖς] ob ſequens ἤ.

459. 33 πολλὰ πολλάκις καὶ χίλια, ut p. 462, 83. 469, 66. 39 f. καὶ νῦν γε πάρεστι λέγων.

460. 83 αὐτὸν. conſtructio eſt θεάσασθέ μοι αὐτὸν ὅπως διέθετο καὶ ταύτην τὴν ἀρχὴν. modus loquendi atticus, pro θεάσασθέ μοι, ὅπως καὶ ταύτην αὐτὸς τὴν ἀρχὴν διέθετο. 87 vehementer dubito poſſitne dictio τὸν φθόνον φέρειν idem eſſe atque στέγειν, κρύπτειν, κρατεῖν, *penes ſe continere, in pectore comprimere, occultare.* ſi bene habet, eſt ſimile, deſumtum a bajulo nimis grave onus abjiciente. alias φέρειν τὸν φθόνον eſt *invidia laborare*, aut *invidiam aequo animo tolerare. penult.* f. ἄλλος μὲν γὰρ ἄν τις.

461. 13 ad ἀπέτρεψε commendandum facit Xenophontis quoque locus e Memorabil. 1, 2, 29. ἀπέτρεπε, & paullo poſt τοῦ δὲ Κριτίου τοῖς τοιούτοις οὐχ ὑπακούοντος, οὐδ᾽ ἀποτρεπομένου. 19 f. Κικέῤῥωθε. ut ad *cerritum*, hoc eſt *furioſum* alludatur.

462. 47. 64 τοῦτο] ſc. τὸ ἐθέλοντας ὑπομένειν ἃ φοβοῦνται. 72 καὶ τὴν πομπήν.

463. 97 conferri velim ad h. l. obſervata priſtina cum Addendis Reim. quibus quamvis non deſit quod opponam, piget tamen in re non maximi momenti pertinaciter pugnare. 27 περὶ οὗ οὐ πάντως. 33 οὗ μάλιστα.

464

464. 55 recte habet vulgata. breviter ſic efferunt graeci, quod integre & explicite ſic ſonet: εἰ καὶ μὴ ἄλλο τι, ἀλλὰ τϐτό γε κερδάνῃς.

465. 2 f. ἡλικίαν πω ἄρχειν. 20.

466. 54. 62.

467. 87 f. καίτοι τινὰ μὲν. 91 ἀντιθέτων. *antitheta, acumina*, argutias ſophiſticas & rhetoricas, luſus in verbis, ſubtiles argumentationes. *ib.* ἐπιτετηδευμένον eſt omne ſtudioſe & anxire quaeſitum, acri meditatione extuſum & prolicitum. 98 ὑλακτεῖς in praeſenti. *ſoles* aut *potes latrare, latras.*

469. 5 ὑπὲρ αὐτῆς δῆθεν. *ſcilicet*, ironice. 6 ἐκείνοις] ſcil. τοῖς μετὰ τϐ Καίσαρος. de quibus p. 468. *initio* dixerat.

470. 7 αὖθις πολεμῆσαι· aut faciendum cum codice Mediceo. 37 ὑπισχνεῖτο propter praecedentia & ſequentia imperfecta.

471. 61 ἐκστρατεύσοντες [in futuro, *vel ipſi in caſtra ituri,*] ἠμπίσχοντο. 64 poſt ἀποτριβῆναι videbatur aliquando προϊδεῖν vel προσκοπεῖν vel ἐπιμελεῖσθαι vel ſimile deeſſe. ſed jam e p. 850, 85 deprehendo nihil eo ſupplemento opus eſſe.

472. 86. 96 aut del. μὲν ex auctoritate codicis medicei, aut ſubſtituendum τε, quod item ad p. 475, 10. quoque dictum velim.

473. 31. 36 ὑπολαβόντες poteſt accipi pro προλαβόντες *occupantes, ſibi ſumentes, praeripientes.* verum Dio paſſim, quod etiam hic loci fecit, ὑπολαμβάνειν pro ἀνακτᾶσθαι ponit, *recreare, beneficiis ſibi obligare.* v. p. 531, 77. 538, 87. v. Reim. in Add. ad h. l. 46 δόξοντες,

 ob

ob ſequens ὀφλήσαντες. 47 ἀνατὶ κεκακῶσθαι mihi quoque in mentem veniebat.

474. 93.

475. 10 μὲν] l. τε. 16. 29 φθάσῃ πη. 33.

476. 59 ſ. τὰς προγεγενημένας συμφορὰς *ob clades ſuperiores*. 61 recte καὶ abeſt a codice mediceo.

477. 1 ἔπειτα δ', ἐπειδὴ δύναμις τις αὐτῷ.

478. 18. 23 aut ἐν τῇ πρὶν δυναςείᾳ, aut ἐν ταῖς πρὶν δυναςείαις. 43 καὶ τοῖς [vel τοῖς τε] ςρατιώταις.

479. 75 διαγγελῦντας] l. δὴ ἀγγελῦντας. duobus. vocabulis. 89 ἐκοινῦντο *communicabant privatam ſuam iram cum omnibus*. ita leg: eſſe jam ante me notaverat cl. Reim. quod praetervideram.

480. 1 aut ſimpliciter ἀναβολὰς leg. aut ἐς ἀναβολὰς diviſis vocabulis. quo poſteriore admiſſo, ſubaudietur τὸ πρᾶγμα. 35 τισὶ τῶν. 36 ὥσπερ εἰκὸς ἦν pertinent ad ἀπόκρισιν vſ. 34. aut ad vſ. 40. p. 481, poſt αὐτῆς. ad alterutrum horum referri debent & collocari. nunc enim extra locum ſuum ſunt.

481. 38 ἢ delend. ut iteratum e proximo v. 39 ſ. καὶ τῦ καὶ δι' ἐκείνην δικαίως δοκεῖν χαλεπαίνειν. 43 τὸ κατ' ἐκείνυς] *idem eorum facinus crebrum a multitudine imitantium fiebat*. τὸ κατ' ἐκείνυς idem eſt, atque τὸ ἐκείνων πρᾶγμα, vel ἡ ἐκείνων σπυδὴ πολλὴ ἐγίγνετο. *acriter urgebant petitionem ſuam*, illud, quod perficere & impetrare ſtudebant. pluraque indies & plura flagitabant. 62 τινάς.

482. 100 τὸ γὰρ δύο ἄνδρας.

484. 85 ὅταν ἐς τὴν συγγραφὴν ἔλθῃ ſapit latiniſmum. *quando ſub ſtylum venerit.* ſententia eſt ὅταν ἡ ἡμετέρα συγγραφὴ κατενεχθῇ εἰς τὴν τούτου δήλωσιν.

485. 21 τοῦ συνάρχοντος. 28 mallem ἐπαπεσφάγη. 33 τῶν ἄλλων repetendum eſt non ab οἱ ἄλλοι, ſed a τὰ ἄλλα. *etiam reliquis de cauſſis.*

486. 44 ἔδοσαν] latiniſmus eſt. *dabant, deferebant legibus — armis —* pro ajebant ſe deferre, condonare, accommodare ſuum calculum legibus, armis—alias aliter judicaturos. 66 τε] l. δέ. 78 πεπειθαρχηκέναι.

487. 8 f. συνομόσαι aut συμβεβαιῶσαι, aut ſervato συμβοῆσαι leg. erit εἰς ἅπερ εἴρηται *concinere in ea,* id eſt *conſentire in ea, quae —*

488. 34 aut καὶ aut τε delendum. *penult.* ὡς καὶ δι' ἐκεῖνον, ἀλλ' οὐ δι' ἑαυτοὺς *nolebant illi obligati beneficio eſſe, tanquam ſi per eum, non per ſe, in patriam rediiſſent.* aut, *nolebant illi gratias debere, ut tales, qui propter eum rediiſſent.*

489. 70 τότε γε.

Lib. XLVII.

492. 41 ἐπὶ τοῦ τῆς Ὁμ.

493. 59 ἄν τις, τότε ἐλάττους. 62. 72 καὶ τὸ οὐκ ἐκ προβολῆς ſcil. συμβαῖνον. caetera bene habent. 82 f. προεπινοήσαντες — προδείσαντες ἔπραττον καὶ ἔπασχον. ἐκεῖνοί τε γὰρ πλείστην — 84 poſt αὐτῶν deeſt προθυμίᾳ vel δεινότητι.

494. 9 καὶ ἑτέρῳ ἐχθρὸς.

495. 34 γενόμενοι. *facti*, hoc eſt *conſtituti in bellis civilibus*, *idque longo tempore & multis cum actionibus*. ſeu bellis civilibus impliciti, iiſque diu & per multiplices caſus continuatis.

496. 99.

497. 18 αὐτὴ *ipſa*. quod auget diritatem facinoris. 35 φονεύσοντες in futuro.

499. *ult.* ἄλλα, καὶ τοῖς — in ἄλλα ſubauditur ἐπαγγελλόμενος e ſequentibus.

500. 47 οὐδὲ νῦν reſpicit ad morem a ſe obſervatum in ſuperiore Sullana proſcriptione enarranda, ubi etiam minutias has tranſmiſerat. 49 ἀπηλείφθησαν vel ἀπηλείφησαν in aor. 2. paſſ. verbi ἀπαλείφειν. 58. 75.

501. 11.

502. 64 συντάξεων.

503. 89 μισθοφορά. differre mihi videntur μισθοφορὰ & μισθοφορία. illud eſt ipſum ſtipendium militare, hoc τὸ mereri vel accipere ſtipendium. 11 ἀποδοχὴν vel προσδοχήν. hoc eſt προσδοκίαν, vel ὑπολογὴν, id eſt propterea quod ὑπελογίζοντο. 14 ἑτέροις, οἷς [vel ἃ] αὐτοὶ τότε προσέθεσαν. 18 ἐπ' αὐτοῦ] idem eſt atque ἐν αὐτῷ, vel κυρίως αὐτοῦ. redit enim ad κράτος.

504. 33 ἄγεσθαι.

505. 72 αἷς προσετετ. 96 τῷ καιρῷ, ſi bene habet, defendi poteſt ex eo, quod articulus ὁ interdum vices pronominis οὗτος expleat. cujus rei exempla ad Polybium congeſſi. eaque ratione τῷ καιρῷ idem erit atque τούτῳ τῷ καιρῷ. nam

ἀκμά-

ἀκμάζειν τῷ καιρῷ non videtur bene graecum eſſe pro *oportune ſitum eſſe ad bellum gerendum.* ſed vehementer placet Leunclauii conjectura.

506. 40 poſt praecedens τέως addere ſolent ἕως. videtur itaque Dio dediſſe ἕως ὅτε ἐδόκει.

507. 2 f. ἐδὲν δὲ ἐδὲ τότε.

509. 69 ἐπέπεσεν. 72 τρόπον ſuſpectum. videtur in eo nomen proprium ſervi aut alius cujuſdam latere, quo internuncio Baſſus utebatur, ſi bene habet, videtur κρύφιον, vel ἀπόῤῥητόν τινα τρόπον leg. eſſe.

511. 69 f. ἡμέρας τινὰς, καὶ δυνάμεις πλείους συνειληχὼς, [vel ἐπὶ πλεῖον ἰσχύσας] *quiete aliquot dierum interpoſita, & novis contractis copiis.* 73 διαφυγὼν δ' ἐν.

514. 80 συγκαταφυγὸν an συγκαταφυγόντων legas, perinde eſt. ſi prius, eſt nominativus loco genitivi poſitus, quod ſchema graecis valde frequens eſt. ſed poteſt συγκαταφυγὸν quoque accuſativus eſſe & cum εἷλε cohaerere, *coepit* τὸ ςράτευμα *exercitum Lyciorum* συγκαταφυγὸν *qui confugerat in unam arcem.* praefero tamen συγκαφυγόντων.

517. 12 τινῶν languet. mallem abeſſe, aut cum τῶν πολιτῶν mutatum.

518. 33 nullus dubito Leunclauii διήνεγκεν probare. nam alias non habebit αὐτῶν quo pertineat. 47 τε primum cum τις mutandum.

519. 99 nil certius puto Leunclauiano λόγια, quod mihi quoque in mentem venerat. neque obſtat συμβαίνοντα. *convenientia* idem ſunt atque *congruentia oracula.*

520. 4 f. ἀνατραπέντα. 17 f. ὅτι τε σύμμαχός οἱ ἐν τῇ μάχῃ γενήσοιτο *ſe* Caeſarem dictatorem *ipſi* Auguſto *adjutorem in pugna adfore*. 25.

521. 45 f. τοῦ μέλλοντος. 54 αὐτοί τε ἐπεπόνθεσαν. 56. 72 διὰ non eſt in edit. Roberti Stephani, neque affertur e codicibus manu exaratis. quare dubium ſupereſt rectene Roberti ſucceſſores id addiderint. videtur Dio ſic dediſſe ἐν τόνῳ τινὶ πυκνοτέρῳ τῶν σαλπίγγων. *modulo quodam tubarum concitatiore*. vel ἐν τόνῳ τινὶ ἁπλοτέρῳ *modulo quodam ſimpliciore*.

522. 78 aut συνέβησαν *congrediebantur*, aut συνεβοήθησαν eodem paene ſenſu.

523. 22 καὶ τότε διὰ τὸ — 25 ante ἐγένετο videtur τέλος aut ἐπ' ἀμφοῖν deeſſe. 48 f. ἀντιπαρεξῆλθον μὲν, ἀπηλλάγησαν δὲ, μηδὲν —

Lib. XLVIII.

527. in ſummariis. ἀνεκτήσατο. 3 τε] l. δὲ ob praecedens μὲν.

528. 21 ὡς' ἂν] l. ὅταν. 32.

529. 81 nondum poenitet priſtinae conjecturae, quae etiam Reimari calculum tulit. quod ſi tamen παρόντα neceſſe ſit ſervari, leg. erit τὰ παρόντα. *quantum rerum praeſentium ratio permittere vellet*.

530. 41 τε] mallem γε.

531. 48 διέχοντα poteſt quodammodo ſervari, *diſtinentem*, hoc eſt diductis velut brachiis popu-

populos in mutua bella ruentes interceſſione ſua a conflictu retinentem. mallem tamen δὴ vel ἤδη ἔχοντα. 65 illud κατ' ἀρχὰς reſpicit ad ea, quae p. 532, 36. narrabit. 66 aut ἔτι τὴς aut ἤ τις — λαβών τι, ἢ καὶ. 70 ἐκ τῶν κτημάτων. 85.

532. 14. 33.

533. 51.

534. 87 συνιςὰς] *ſibi concilians.* nove dictum, ſed ex more Dionis v. p. 802. *antepen.* & indic. proprie eſt *compellens eas* in unum locum, conciſcens. 90. 97 προΐςαθαι] de ſignificatu hujus verbi, quem hic habet, *impedire, officere,* ἐμποδὼν ἵςαθαι, quaſi dicas πρόσω ἵςαθαι, *coram aliquo ſtare, & ejus curſum intercipere,* dixi plura ad Plutarchum, qui eo verbo frequenter utitur.

535. 40 τὰ primum abeſſe mallem. 42 ὅσα γε καὶ.

537. 37 πρεσβείας] id eſt πρεσβέας *legatos,* neque levis ſuſpicio naſcitur Dionem ita reliquiſſe. v. p. 538, 62. 38 μετὰ δὲ τούτων.

538. 55 οἱ] l. αὐτῷ. *ea,* corona laurea puta. nam ἐκεῖνον ad Auguſtum redit. 83 poteſt aut Reimari, aut Oddeji, aut noſtra priſtina denique conjectura probari. Sed hac praelata, quae eſt ἐπικεκηρυγμένος, leg. quoque καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἐπικεκηρυγμένος. eleganter dictum ἔγνω ἐπικεκηρυγμένος, idque acute vidit Anglus, pro ἔγνω ἑαυτὸν ἐπικεκηρυγμένον εἶναι.

539. 38 φυλακῆς αὐτοῦ] id eſt *cautione ab eo.* quum multa ubique eſſet Pompeji ab Auguſto

 cautio.

cautio. id eſt, cum Pompejus undique Auguſtum obſervaret & caveret.

540. 68 αὐτὸν. Pompejum puta.

541. 4 ἐπεὶ δὲ δὴ διέμελλον.

542. 42 f. ἐν τοῖς τρισὶν ὀνόματι. *in triumviris ſolo nomine potens erat.* ob ſequens τοῦτο.

545. 71 οἱ delend. 91.

546. 8 καίτοι] l. καί τι. *ea parte quoque.* *ult.* ἐκείνης commode poteſt ad Cleopatram referri. ſi quid tamen mutandum ſit, praeferrem ἠμέλειαν, *quod Fulviam contemneret nulloque in loco haberet.*

547. 75 ἀπὸ] l. πρὸ. v. p. 521, 64. 83 f. τοῦ πρὸς Σέξτον πολέμου. Cf. tamen p. 568. 100. ubi Sexti nomen pariter abeſt. 17 f. καὶ καιναὶ [vel νέαι] συντέλειαι. v. p. 551. *ult.*

549. 48 aut ἔτι μᾶλλον, aut ἐς τὰ μάλιστα.

550. *ult.* mallem καταλάβῃ.

551. 108 κ. ᾐσχύνοντο. *non pudebat eqs.*

552. 27.

553. 55 mallem ἀπεκάλουν. verbum hoc plerumque uſurpatur in nominibus probroſis & ad cavillationem compoſitis. 74 τῷ γε ἔργῳ.

554. 12.

555. 31 praeſtat lectio codicis Medicei ἐσπαράττοντο. 33 τι] f. ἔτι.

557. 51 ἀνεκομίσατο. *recuperavit.* 81. 82. f. poſt μάχαις deeſt τισὶ κρατήσας.

559. 35 mallem συνέπεσεν, quamvis non neſciam ἐν & σὺν in compoſitis ſaepe permutari.

561. *penult.* poſt τε videtur γὰρ deeſſe.

563. 99 ἀντῆρέ τε] l. ἀντήρεττε. *adverſum actis remis navigavit.* ab ἀντερέττω. docet ipſa res & vſ. 1.

564. 36. 40 καὶ παρ' αὐτοῖς.

565. 67. 68 hic locus mihi vitii eſt ſuſpectus. videtur aliquid deeſſe. *penult.* ὅσῳ.

566. 92 πρὸς ἀμφότερα *ad utrumque.* tam ad voluptatem, quam ad ſanationem. 93 καὶ ἐς τὴν τοῦ βίου διαγ. 3 δοθέντες ſuſpectum. num διακαυθέντες.

567. 33. 43.

568. 81 τοῦτό τε πρασσούσης, καὶ ὅπως πλέοσι, aut τοῦτό τε πρασσούσης, ὅπως τε πλ.

Lib. XLIX.

571. 75. *ult.* καὶ ἡ τῶν νεῶν.

572. 3 quamvis exacte non reſpondeat βαρύτης λεπτότητι, ſed παχύτης potius, & βαρύτητι reſpondeat ἐλαφρότης, nihil tamen mutandum. nam grave eſt etiam craſſum & denſum, & tenue eſt etiam leve.

573. 82 f. λυπηροὶ aut ἀτηροὶ δεινῶς. poteſt tamen vulgata ea ratione defendi, qua dixi ad p. 178, 37. 85 ὥστε ὁπλῖται.

574. 20.

575. 70 ἀπεσάλευε, καὶ (ὁ γὰρ — nam in verbis *Sextus enim* ratio redditur, quare plures in dies id contigerit. *ult.* καὶ] mallem γάρ.

576. 23. 24.

577. 61 καὶ ὡς tranſpoſitis particulis. 63 punctum commate mutandum.

578.

578. 95. 3 μὲν delend.

579. 23 f. τοῖς τότε αἰφειμένοις. 35. 44 poteſt priſtina noſtra conjectura probari, poteſt quoque vulgata defendi, ſi ſcilicet ἀγάλλονται accipiatur pro κοσμοῦνται, γεραίρονται. *ornantur.* v. p. 651, 61. 659, 21. peritque omnis difficultas, ſi ὑφ' ὃ conſueto more accipias pro *ob quod.*

580. 71.

581. 88. 90 poſt αὐτῷ deeſt aut δοθῆναι, aut οἰκοδομηθῆναι. 17 Ἰταλία proprium nomen eſt Italiae inferioris, quondam *magnae Graeciae* dictae, ut in Comment. ad Conſtantini Ceremon. demonſtravi.

583. 90 aut ἐξήκειτο aut ἐξήρειτο.

584. 46 ἱκέτας codicis Medicei rectum eſt. v. Reimar. in Add.

585. 63.

586. 12 φοβέμενος] aptius eſſet ἐκςὰς, vel ἀποφεύγων, vel φυλαττόμενος.

588. 74 πάντα τὰ τῶν ἐναντίων.

590. 66 mirificus & rarus verbi δυσχεραίνειν uſus pro δυσχερῆ ποιεῖν.

591. 92 μηδένα αὐτοῖς. 2. 7 τοι] l. τι.

592. 49 dictio ἐρανίζειν τινὰ pro παρά τινος mihi inſolens accidit & ſuſpecta habetur.

594. 24 λαβόντες & ὀκ ἠθέλησαν.

595. 82 f. τοῦ καὶ βόλεσθαι ζῆν. 96 προσρήματος] ſententia flagitat ἔθνους, neque videtur hic Latiniſmus ſubeſſe, quo *nomen* pro *gente* ponitur. *nomen Latinum* pro *Latinis*. 98 poſt θαλάσσης excidit οἰκοῦντος aut ἱδρυθέντος, ταχθέντος vel ſimile.

598.

598. 6 καὶ & τε delenda. 26 ἄλλην reſpicit ad ſuperiorem diviſionem, de qua v. fin. p. 592.

599. 26.

Lib. L.

605. 66 aut ὅτε utroque loco, aut οὐδέ. 2 παρ' αὐταῖς. *propter eas*, teſtamenti tabulas puta.

607. 71 ἡ πᾶσα.

608. 90 ἀρχῇ τῇ τότε.

609. 25.

610. 54 τε delend.

611. 12 poteſt ἄκοντες defendi, ſi praecedens καὶ pro καίτοι *tametſi* accipias. aptius tamen eſſet ἑκόντες. 29 v. Porphyr. de abſtinent. p. 20, 5. *edit. Cantabrig.*

612. 45 ἐπαγαγέσθαι. 63. 82 aut οὔτ' ὀλίγῳ ſcrib. aut οὔτω στενῷ, aut οὔτω σκολιῷ.

613. 92. 4 κατάγοντες rectum eſt. κατάγειν de piratis dicitur naves intercipientibus & deducentibus in ſuos portus. 7 ἐς αὐτὸν ἀναῤῥίψαι] ſubaudi τὸν κίνδυνον vel τὸν κύβον. *in ſemetipſum ſurſum rejicere periculum.* quod nos apte dicimus *auf ſeine Hörner nehmen.* 9 f. τούτοις δὲ προσγενομένοις, ἄλλως τε —

614. 30. 56. f. ἔγνω ἐγγὺς στρατοπεδ. vel ἔγνω ἐκεῖ στρατ. 60 ἐπειδὴ τὰ ἐπιτήδεια.

615. 95. 96 poſt ἕκαστοι excidiſſe videtur καὶ σύμπαντες. quod praecedenti τοσοῦτοι reſpondeat, ut vocabulo τοσοῦτοι reſpondet καθ' ἑαυτοὺς ἕκαστοι. 5 οὔτ' αὖ ἐπὶ — 17.

616. 46. 69.

617. 95 omnia hic recte habent, & bene defenduntur a cl. Editore.

618. 24 μηκέτι] l. μήτε τι. 35 τινὶ bene habet. *humanos ſe dabunt erga aliquem.* 36 f. κεκρατηκέναι ἀνόσια πεποιηκότες.

619. 77 τε] l. γε.

620. 44. 59 non prorſus damnaverim ὀλέθρῳ γυναικὸς, quod eſt in codice Vaticano. *exitio mulieris, peſte de femme:* hoc eſt foeminae exitioſae, quae multis perniciei eſt. poſſet quoque ὀλέθρῳ γυναικὶ legi. v. Hemſterhuſ. ad Lucian. & hoc praefero.

621. 93 τινάς.

623. 90 in ἑτέρων ſubaudi a communi πλέτε, *quam ſunt aliorum divitiae.*

625. 44. 66 ἐπὶ ναυμαχίαν probum & Dioneum eſt. cf. p. 659, 60. 67.

626. 12. 29.

628. 78 f. καὶ προσαποδρᾶναι. *una cum Cleopatra ipſi quoque aufugere.* nam πως & τρόπον τινὰ ut tautologa conſiſtere nequeunt. 2 accipi ſic debet, tanquam ſi ſcriptum eſſet ὥσπερ καὶ ἐπ' ἠπείρε. alias delendum eſſet καὶ. 11.

629. 47 προεκβῶσι.

LIB. LI.

632. 14.

634. 87 ἔτι ὤφειλον. & ſic quoque p. 653, 24. leg. 96. καί τοι. *propterea.* duobus vocabulis. 2 ὁμοίως *in utroque annulo pariter.*

635. 26 ἀπαρτῶντος] ſubaudi ἑαυτόν.

640.

640. 62 δόξαι delend.

647. 20 f. ὦ συμφιλοσοφοῦντι.

648. 43 ὡς ἑκάστοις] ſubaudi ἐκέλευσε πολιτεύεσθαι. *ita juſſit quoſque rem ſuam publicam gerere, ut juſſit.* aut πάτριον ἦν vel ἐνενόμιστο, vel ἤρεσε. Solet Dio poſt ὡς ἕκαστοι verba θέλειν, μέλλειν & ſimilia omittere. v. ad p. 400, 95. ſic p. 666, 37. ἂν δὲ ἐάσῃς ταῦτα ὡς ἕκαστα [ſcil. θέλει, vel μέλλει, vel πέφυκε] αὔξειν. & p. 675, 81. ὡς ἕκαστοι, ſc. μέλλουσι δικάσειν. 741, 46. ὡς ἕκαστοι ἀπέκτειναν, vel ἀποκτεῖναι ἠθέλησαν vel ἠδυνήθησαν. 52 αὐτῶν] ſubaudi τῶν Αἰγυπτίων. quod latet in praemiſſo ἡ Αἴγυπτος.

651. 69.

652. 72 αὖθις ἔκλεισαν. *rurſus clauſerant.* reſpicit hoc *rurſus* ad apertionem templi.

653. 23 ὅτι, an ἔτι legas, haud multum intererit. ſed deinceps leg. puto ἅ γε αὐτός. 24. v. ad p. 634, 87. dicta.

654. 66.

656. 20 f. εἱστίασαν *convivio exceperant* ſenatores, ſinguli per ſingulos dies, plebem.

657. 71.

658. 4 πειθόμενοι. id eſt πιστεύοντες. *ſibi perſuadentes.*

LIB. LII.

662. 50 τύχης] f. ψυχῆς. *ſuae fortitudini id imputat.* 73 poſt μήτε videtur περὶ vel πρὸς deeſſe.

663. 11 καὶ delend. 30.

665.

665. 19. 27 προαιρέσει] ſubaudi ἑαυτῶν. deinde vſ. 28. in τῇ ſubauditur προαιρέσει.

666. 44 certam emendationem ἄρχοντα jamdudum Leunclauius occupaverat.

667. 99 ὑπομένειας in ſe ſpectatum nihil habet, ob quod diſpliceat. verumtamen ob ſequens μὴ ὑγιαίνων mallem hic loci ὑγιήνειας.

668. 47. 76 ἐπὶ τῷ. ult. ὡς ἄν γε τις] ſ. ὅταν δέ τις.

669. 27 ἃ aut cum οἷς mutandum, aut leg. καθ' ἃ.

670. 35 delendi unci. non enim redundat ἄν. 46 ὑπ' ἀπαῤῥησίας. 48 ſ. ὐ μάλα [vel ὐ ῥᾳδίως, vel ὐ πάνυ] κατορθῦσι.

671. 7 πρωτείων. 9. 10.

672. 24 πολλάς. 32. 51 ὡς ἦσαν, ἄν τι καὶ. 61.

673. 97.

674. 23 ὅτε] l. σύ τε. & tu. habet hoc reſpectum ad καὶ ἐκεῖνα verſu 26. 46. penult. ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ.

675. 80 poſt εὐθὺς aegre patior μετὰ τὴν ἀρχὴν aut πεπαυμένος αὐτῆς deſiderari. 88 ſ. δίκας πάσας πάντες.

677. 60 τεῖχος hic loci eſt *legio*, vel grande aliquod corpus militare, idem atque ςράτευμα paullo poſt vſ. 62, & ςρατόπεδον, τέλος ςρατιωτικόν. & ſic quoque accipi debet p. 681, 45. ἄνευ τειχῶν id eſt ἄνευ ςρατοπέδων καὶ καταλόγων ὁπλιτικῶν. & p. 707. *ult.* 797, 100. 800, 90. 849, 29. memini Valeſium alicubi ſignificationem hanc huic vocabulo adſtruxiſſe,

ſed non ſuccurrit utrum ad Euſebium, an in libris Emendationum. 65 ἰδίᾳ ἑκάτερον ἑκατέρου. 69.

678. 22 mallem διάγεσθαι. *tractari & adminiſtrari ab illis*. v. p. 679, 47. 711, 9. 736, 28. 852, 36. Cf. ad p. 751, 59. dicta.

680. 87 ἐάσας. Cf. p. 681, 41.

683. 51 f. τοῖς ἐμπόροις *peregrinis, advenis*. 54 ἤ τινα τοιοῦτον ἀγῶνα. 55. 75 f. δεόμενον.

684. 100.

685. 34 ἔσται. 37. 41 aut προσήκει, aut προσῆκον. ſcil. ἐστί. 44 πλεῖστα καὶ μέγιστα.

686. 87 προήκουσι *praecedentibus*, ſive ordine ſententiae ferendae, ſive dignitatis, quorum illud ex hoc manabat. 99 αὐτογνωμονῶν, ut eſt in codice Vaticano.

688. 86 ὥστε σοι μὲν ἀγαθῷ τε ὄντι.

689. 35.

691. 29 εἴτε ὀρθῶς. 71 facio cum codice Vaticano.

692. 84 nova dictio πολυλογία pro *eloquentia*, λογιότητι, εὐφρασίᾳ, εὐρημοσύνῃ. 2 ſpecie non caret ἰδίᾳ σημαίνουσαν. verum διασημαίνειν poteſt in Dione Caſſio recens formatum, ut ejus multa ſunt, verbum eſſe e Latino *deſignare*.

Lib. LIII.

697. 63 προθεὶς. nota προθεσμία. 67 βεβαιώσηται.

698. 78 olim ad h. l. ſcriptis addi poteſt, imitationem hanc eſſe orationis funebris, quam

Pericli tribuit Thucydides. cf. Addenda Reimari. 1. 6 ὑμῶν aut ὑμῖν.

699. 55 συμφορώτατον.

700. 77. 15 nolim quidem Dioni verbum εὐσθενεῖν abjudicare. ſane ut ἀσθενεῖν dicitur, ſic quoque potuit ille εὐσθενεῖν dicere. verum uſitatius eſt εὐθηνεῖν.

701. 45.

703. 35 ἀμφότεροι] omnes tres partes, tam pauci illi, qui mentem ejus perſpiciebant, quam qui ſuſpectos ejus ſermones verſutiae habebant, & denique illi, qui fidem ei abſque dolo & ſuſpicione adhibebant. 45 poſt τοῦτο deeſt aliquid.

705. 22 τοὺς hic idem valet atque τούτους, & nullo ſupplemento opus eſt.

706. 71.

707. 15 dictionis τῶν μὲν δὴ οὖν βουλευόντων ταῦτα ἔχεται ſententia eſt: *& haec quidem de ſenatoribus.* vel *& haec quidem ad ſenatores pertinent.*

708. 22 f. τοῦ Αὐγούστου [vel Σεβαστοῦ vel πρώτου] Καίσαρος. 24. 46.

709. 67. 75 τότε οὕτως.

710. 83 ἐπεὶ δ' αὐτὰ] reſpiciunt haec ad vſ. 66. & ſequentes p. 709. & nihil, neque hic, neque paullo ante, deeſt. αὐτὰ ſignificat promiſſa de imperio Romano in provincias dividendo & republica conſtituenda.

712. 45 aut γιγνόμενα ſimpliciter, aut ἐπιχειρούμενα.

715. 21. 27 ὅτι una voce. *qui neſciunt ea contigiſſe.* vidit quoque Reim. in Add. 55. προ-

τρο-

τρεπόμενοι eſt *nobis conciliantes*, ſtudentes nobis faventem blanditiis facere. ita προτρέπεσθαι uſurpat Diogenes Laertius p. 178. *ed. Meibom.* & Malalas paſſim. ipſe Caſſius noſter p. 119, 26. ἐπιτρέπεσθαι eo ſenſu dixit.

721. 77.

724. 70 τε delend. 83 nondum deſero Ἀδέλων. vult Dio dicere Aelium Gallum per Adulitícum portum & trajectum in Arabiam felicem penetraſſe, neque verſus auſtrum ulterius proceſſiſſe. ipſa quoque Adule & totum litus orientale Ægypti ſeu occidentale maris rubri ad Arabiam pertinet, & olim quoque pertinuit. 88 γε] l. τε.

725. 96 μηδὲ] l. μή γε.

726. 28. 29 ἐν videri queat redundare, ideoque deleri oportere. ſed quamvis plerumque ſoleat omitti, ut in latinis *cum*, additur tamen interdum, ut exemplis in animadverſionibus ad Anthologiam graecam Planudeam afferendis demonſtratum dabo. novi graeci praecipue hoc ſchema frequentant.

Lib. LIV.

731. 50 δὲς. καὶ ἐπειδήπερ.

734. 59 aut optanda lectio Xiphilini, aut κατέλαβε leg.

735. 7.

738. 13 τόξον τε γὰρ αὐτοῖς. 21 diſtinctione adjuvandus eſt locus ſic. ἐμυήθη τε τὰ ταῖν θεαῖν, [ſcil. μυςήρια] τῶν μυςηρίων — καὶ αὐτὸν

τὸν μεμυημένον, γενομένων. *quum myſteria, quamvis extra ſtatum tempus, in Auguſti gratiam celebrarentur, qui tum ipſe quoque iis initiatus fuit.*

740. 31 μήτε] l. μηδὲν. 58. 62.

741. 65 ὁμόσωσιν. 66. 71.

742. 31 f. καὶ ἄλλα πέντε ἐπ' ὀνόματι [vel ἐπὶ προφάσει] τῆς αὐτοκράτορος. v. Reimar. in Add. 36 f. ἐνεώρα.

744. 63 f. ὅτε δὴ διαγνώμη ἐκείνη *tum, quum judicium illud contingeret*, de quo dixerat c. 13. ſenatorum puta legendorum. διαγνώμη idem eſt atque διάγνωσις, & Caſſius eo vocabulo amat uti. v. p. 823, 70. & Indic.

748. 68 ὅσων vel ὅσε. 72 οἱ βελευταί. 77 ἐκείνην. redit enim ad Galliam.

749. 4 comma pone ςρατηγεντα revocandum. pari modo diſtinctio mutanda vſ. 20. & parentheſis in verbo ἱέρωτο finienda. *Agrippa ſumtus ludorum faciebat per collegas.* vel curabat ludos ſuo nomine per collegas apparari & edi. 5 f. ἐςρατήγησε γὰρ ὂ πρότερον [vel, ut Oddeyus, τότε πρῶτον] καίπερ. aut poſſunt verba ſic ordinari: ἐξώρμησε. καὶ τήν γε ἀρχὴν αὐτε πᾶσαν ὁ Δρεσος ἐκ δόγματος διήγαγεν, καίπερ ἔπω τὰς ςρατηγικὰς τιμὰς ἔχων: ἐξελθόντων —. Cf. p. 752, 16.

750. 49 ἔργον πολέμε ἔχειν eſt latiniſmus. *opus bello habere.* 55 ἄλλα] f. τῶν Γαλατῶν. nam, ni hoc admittas, non habebit ἐπεποίηντο vſ. 59. aut, quod malim, ἐπεπόνηντο, quo referatur.

751.

751. 78 τὲς λοιπὲς Αὐγέςες. 4 τῆς προσόρε. 8 συνήθη πᾶσι τοῖς ἐκ ἐ.

753. 86.

754. 11 f. ἐπιβολὴν *conſilia, conatum, inſtitutum.*

756. 91 f. βελευσείων, *ambiens, concupiſcens ſenatoriam dignitatem.*

757. 21 f. ἰδίων aut ἰδιωτικῶν.

758. 27 f. ψηφίσασθαί τινα εἰς αὐτὸν ἠθέλησεν, ὅτε τι αὐτῶν προσήσεσθαι. 33 ἐδημοσίωσε, v. Reim. in Add. Indic. h. v.

759. 59 f. διατιθεὶς.

760. 97 αὐτὸν.

761. 44 συνήραντο. 59.

762. 75 τε delend. 93.

763. 8.

764. 49 aut delend. τῶν ἄλλων, aut optanda priſtina noſtra conjectura. 6 diſtinguo hunc locum & emendo ſic. ἐπὶ τȢ βήματος. [ſcil. *dixit funebrem orationem.*] δημόσιον γὰρ τὸ πένθος, ἀλλαξαμένων τὴν ἐσθῆτα τῶν βελευτῶν, ἐγένετο. *erat enim luctus publicus, per quem ſenatores veſtem mutaverant.* cohaeret ἐγένετο cum πένθος. 13.

766. *ult.* f. πεμφθεὶς κατεςήσατο. *rurſus pacabat.*

767. 28 aut καὶ, aut τε delend.

789. 19 aut ἐπ' ἀνδρεία, ut Wolff, aut ἀπ' ἀνδρείας. 29 τινι redundat e latiniſmo Dioni familiari.

790. 74 ὅσοι ἡ νεότητι. 79 f. ἐπὶ τῶν δέ. λων τιμωρίαις τοὺς μέν. 99 f. ἀλλ' οἱ μὲν, ὅτι αὐτοὶ πλαττόμεθα ταῦτα, λογοποιοῦσιν.: *alii rumuſculos ſpargunt*, *nos ipſos ea*, quae de inſidiis in caput noſtrum ſtructis feruntur, *commentos eſſe*, vel *comminiſci*, *confingere*.

791. 51 ἐπί τε τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ τῇ τῶν ἀρχομένων.

792. 73 οἱ] aut ἡ aut σοι leg. aut οἱ delend. 87.

793. 8 f. ἀντιπείσεσθαι aut ἀντευπείσεσθαι.

795. 61 καὶ τὰ μάλιστα] eſt latiniſmus. ſignificat enim hic loci *cum maxime*, hoc eſt *hac noſtra aetate*. 63 f. δέκατοι ἀμφότεροι. *ambae decimae legiones*.

796. 75 f. οὓς τινας ὄντας τοὺς αὐτοὺς. 80 non dubito Breitingeri ἐτήρησα probare. *ſervavi hoc nomen*, *quale accepi* a ſcriptoribus antiquioribus, quamvis hodie deſitum, neque ab omnibus iiſdem tributum. de legionum ratione, admodum intricato negotio, memini me legiſſe aliquando anglicanam diſſertationem Chapmani, Tunſtalli de Ciceronis ad Brutum epiſtolis diſſertationi additam, rogatuque beati Menkenii argumentum ejus brevi relatione complexus fui, quae relatio neſcio an locum adhucdum invenerit in Actis Eruditorum, quibus ea deſtinata erat. 88 aut συγγεγραμμένα, aut ἀναγεγραμμένα.

797.

797. 100 τό τε δεύτερον. v. Reim. in Add. 4. τείχη bene habet. v. ad p. 677, 60. dicta.

798. 44 ἐξ ἐπαγγελίας. quod dubito ſitne *ex indictione*, an *ultro* vertendum. puto tamen prius rectius. nam ſi poſterius voluiſſet, potius αὐτεπαγγέλτων dixiſſet.

800. 89 στρατευόμενοι bene habet, ſignificatque idem atque καταλεγόμενοι, *militantes*, aut *in militiam conſcripti*. eſt autem *militare* non ſolum arma gerere, ſed quocunque modo fungi munere publico; militia non armata, ſed civilis hic deſignatur. v. quae ad Conſtantini Ceremon. p. 226. D. 2. notavi.

801. 47 ἐπεξήξω bene habet. ἥξω aſſumſit Dio pro futuro verbi εἶμι *eo*, recedens in eo a more Atticorum, qui tam in futuro, quam in praeſenti efferunt ἐπέξειμι, non ἐπεξελεύσομαι, neque ἐπεξήξω.

802. 80.

803. 3 f. δι' αὐτῶν συνάπτων, τοὺς πρ.

804. 58 ἐπὶ μὲν τῇ.

805. 92 ἔπειτα δὲ καὶ. 96.

806. 27. 28 ἐκ πολέμου τινός. *ult.* αὐτοῖς ut etiam Reim. in Add.

807. 48 comma pone τοσαύτης revocandum. conſtructio enim eſt διεγένετο κακουργοῦντα ἐπὶ πλεῖον. *perſeverabant in multum tempus latrocinia exercentes*.

Lib. LVI.

810. 70 f. ὥσπερ ἐν δουλείᾳ γενέσθαι. 78 non me latet ſimilia ſaepe legi. mallem tamen

καὶ ναυτιλίᾳ τὴν θάλασσαν. ubi a communi tacite repetitur e praecedentibus ἐργάσασθαι; aut ſaltim leg. καὶ ναυτιλίας ναυτίλασθαι.

811. 10 ἢ delendum. *mallem illos priores numero vobis pares eſſe.* ad verbum *tot eſſe, quot vos conſpicio.* 30 ἱεροσυλοῦσιν, ἀλλ' ὅστις ἂν — κολάζεται. 45 καταλύετε, οὐ πεισθέντες.

812. 74 τέμνοντες καὶ καίοντες. jungere plerumque ſolent veteres haec duo & nunc quoque veterem italicam interpretationem hanc lectionem expreſſiſſe intelligo. 87 ἀνθρωπίνως] latiniſmus eſt, pro ἐπιεικῶς, φιλανθρώπως. *humane.* 90 aut ἔθηκα, aut τέθεικα. 7.

813. 13 μελλονύμφων. compoſita a νύμφη exeunt in νυμφος, ut παράνυμφος, non παρανύμφιος. & ſic quoque μελλόνυμφος, non μελλονύμφιος.

814. 85 videatur πατέρας ὑμᾶς ὀρθῶς ὀνομάζοιμι leg. eſſe a ſubjecto ἂν μὴ καὶ παῖδας τρέφητε. & ſane *patres conſcripti* appellabantur ſenatores. ſed ſolos equites hic alloquitur Auguſtus, & tuentur ſequentia ταύτην μοι τὴν προσηγορίαν ἐδώκατε vulgatam. quare dicendum auctorem non fuiſſe conſequenter ratiocinatum. poterat enim Auguſtus recte *pater patriae* appellari etiam a coelibatus cultoribus. 95 τὰ ἐπιτίμια hic loci non ſunt *multae*, quod plerumque notat id vocabulum, ſed *ea, quae factum aliquod inſequuntur*, merita, ſeu bonum bona, praemia, ſeu malum mala, poenae. ſed quid ſibi deinceps velit ἑκατέροις non perſpicio, conjicioque delendum eſſe.

815. 14 f. τὸν πέριξ καὶ ἐς τὰ οἰκοδομήματα τὰ πλησίον.

816. 78 συνανθεστηκυίας. *quae olim* in ſuperiore bello *cum ipſo* Romanis *reſtiterat*. videtur enim οἱ ad Batonem, non ad Tiberium, pertinere. 89 ante πρὸς videtur excidiſſe καὶ προτρέπηται, aut poteſt ſic legi: καθορώη, καὶ πρὸς τὸ π. τ. ς. ἀγωνίσασθαι προτρέπηται, καὶ ἐν καιρῷ —

817. 8 f. συνηλοίων *contundebant*. a συναλοιᾶν. 13 non opus eſt καταρράξαι hic loci legere, quod in ſe non malum, vulgata tamen melius non eſt. ἀποῤῥάττειν eſt *decutere*. 23 ἐκινδύνευσαν ἄν. 44 πολλῷ πλείονι. *multis partibus numeroſiore*.

818. 47. 75 αὖθις] f. ἔτος.

819. 96 ἐκεῖνα. opponuntur ſibi ἐκεῖνα *illa*, in Dalmatia geſta, & τάδε *haec*, in Celtis. 14 ἐκ τῆς ἀρχῆς eſt *ex jure commiſſae ſibi poteſtatis, pro auctoritate imperii*. cf. Reimar. in Add.

820. 42 ἀπειθοῦντος. *morem nolente gerere*.

821. 91 μέν τι [vel ἐπὶ] μᾶλλον. 98 τότε] f. τρίτη leg. 11.

822. 28 πολὺ ἀπέσπασαν *abſtrahebant* [*ſe ab hoſtibus*] *ingens ſpatium, procul evadebant*, vel *auffugiebant*. ἀποσπᾶν idem eſt atque ἀπαρτᾶσθαι *ſeſe removere*, vel *procul abeſſe ab altero*. ſubintelligitur ἑαυτὸν & ἑαυτοὺς. v. Hemſterhuſ. ad Luciani T. I. p. 256. & quae ad Polyb. p. 424, 12. dicam. 38 f. μεῖναι. quamvis hoc valde neceſſarium non ſit.

824.

824. 6. 11 f. *καταμόνας τινὶ περὶ θανάτε, μήτε ἂν ἄλλοι* —. 20 f. *προπαρασκευαζόμενοι ſibi comparantes antequam imperio decederent.* 27 *ἄξιοι ἐκ εἶναι. videbantur poenam majorem non mereri, quam per quam videbantur averſum iri* — vel, quam ea erat, quae ſufficere videbatur ad eos a furore ſuo revocandos. *ἡ καὶ* idem eſt ac ſi dixiſſet *ἡ ὑφ' ἧς καὶ* —

825. 35 f. *τὴν νῦν ἀξίωσιν. ut nunc fieri ſolet,* aut *cenſetur fieri oportere.* 68.

826. 80 *ἐκείνας.* redit enim ad inſulas ante dictas. 84. 91 poſt *ἀγορᾷ* videtur *ἤχθη* exciдиſſe. 92 *δρόμω καὶ τρόπον τινὰ καὶ θηρίων σφ.* ſignificat primis in Martis ludis paucas fuiſſe feras trucidatas, ſecundis autem multo plures. 94 *ὁ Γερμανικὸς.* 99 quare ait *ἐς τὰς ὑπατεύοντας ἐσγραφέντων,* & non potius *ὑπατευόντων.* exſpectes ab ea ſermonis ſtructura non *ὑπατευόντων*, ſed *ὑπατευσάντων.* forte ſoli Conſulum illi faſtis inſcribebantur, qui annum auſpicarentur.

827. 15 *ἅπερ.* v. Reimar. in Add.

828. 68 huc pertinet annotatio noſtra, cui in editione Hamburgenſe per errorem adſcriptum eſt indicium hoc 828. 9. ſcrupulus tum mihi injectus nondum exemtus eſt.

829. 88 *πάντα* delendum ut vitioſa ſcriptio ſequentis *κατὰ.* 91. vehementer diſplicet inficetum illud, quamvis Dioni familiare, *πάμπαν πάντα,* tanquam ſi *πάντα* non ſufficeret. f. igitur *καγχάζων* eſt ſubſtituendum. ſed tutius eſt

nihil

nihil movere, & hoc illis Dionis ὐδὲ γὰρ ὐδὲ, & μηδαμῆ μηδαμῶς & ſimilibus annumerare.

832. 65 de conjectura Reimari, in quam ipſe quoque incidi, non oportere dubitari puto. 69 mallem αἰρεθῆναι.

834. 14 f. placebit aliquibus priſtina noſtra conjectura. poteſt tamen vulgata defendi, ſi ἐπαίνυς τῦσδε putes illam publicam orationem parentalem celebrandis Auguſti laudibus decretam.

836. 19 putavi aliquando aut utrumque τις delendum, aut utroque loco τὶς ὑ leg. eſſe. ſed vulgatam recte habere didici deinceps e p. 839, 46. collato cum 55, 62, & 64.

837. 51 καίτοι τῦτο ἡλίκον. 59. 74. 76 aut μὲν delend. aut admittendum aliquod ſupplementum, quale olim ſuaſi. ſed illud rectius. 89 f. τοσύτων ὄντων ἦρξεν.

838. 14 uſitatius quidem eſt τινα τῆς δόξης aut τὴν δόξαν ἀποστερεῖν. attamen aeque probum, & vel Demoſthenis aliorumque praeſtantiſſimorum exemplis munitum eſt δόξαν τινὸς ἀποστερεῖν, ideoque nihil deterius olim propoſito ὐδένας. 42 f. κόμπυ τινὸς χάριν, ὡς ἐν ἀπείροις, τὸν περὶ αὐτῦ λόγον. ſubaudi πεποίημαι.

839. 52 συμμεθίςαςθαι eſt *una cum aliis in partes diſcedere*. quod faciebant ſenatores Romani. proprie non eſt *conſentire*, ſed eſt per accidens. 81.

840. 99 τῇ φύσει nolim ſollicitare. videtur tamen auctor potius τῇ πυρᾷ dare debuiſſe. nam ſi corpus Auguſti fuiſſet naturae ſuae per-

miſ-

quia ſibi conſcius erat ſe alia dicere, alia facere, vel facta ſua cum verbis haud conſentire.

852. 55 ἀπεδειξάμην. *de meo protuliſſem, pronuntiaſſem, declaraſſem.* nam aliud eſt ἀποδείκνυσθαι, aliud ἐπιδείκνυσθαι, quod dicitur de ſophiſtis, citharoedis, hiſtrionibus & ſimilibus, artem publice oſtendentibus. 67 ὡς πρόεδρος.

854. 17 γε] l. τε.

861. 64 recte habet vulgata πολλάς. ἐρωτᾶν ſaepe eſt in utramque partem aliquam cauſſam vel quaeſtionem agitare, diſceptare. quam ſignificationem adſtruo ad Plutarchi p. 1034, 48. 81 recte καὶ deeſt primae editioni.

863. 58 νομιζόμενον eſt nominativus abſolutus loco genitivi. *quum eſſet uſitatum legibus & moribus receptum.*

866. 34 ἐποιήσατο bene habet, idemque ſignificat atque περιεποιήσατο. *conficiebat, comparabat ſibi.*

867. *ult.* συνέστησε recte habet. antea fluxam & divulſam maleque cohaerentem illius magiſtratus poteſtatem conſtrinxit, eoque firmiſſimam reddidit.

868. 14 προτεθῆναι· quod ipſum verbum προστίθεσθαι paullo poſt vſ. 18. loco verbi ἀποτίθεσθαι rurſus ſuaſerim. Conferri & expendi ad h. l. meretur Reimari in Addendis ſententia.

870. 73 loco ſecundi γὰρ mallem ἂν.

LIB. LVIII.

877. 93 aut, ut nos olim, aut potius ut Reim. in Add. ſuaſit.

880. 98 mallem συνεζηκότων aut ἔφις. 17 mallem ἐκάλεν aut ἐθρύλεν.

881. 61 ἱερέα [in ſingulari] μετὰ Γαΐε τε καὶ ἐκείνε. Sejano puta. 73 κἄτι [id eſt καὶ ἔτι] καὶ ὡς.

882. 84 οἱ δὲ δὴ ἄλλοι] verbum, a quo hi nominativi pendent & reguntur, eſt κατεφρόνησαν vſ. 2. 86 ἐξ ἐκείνε mallem ad Sejanum referre *& ab eo*, Sejano puta, *in jus vocatum;* aut interpretari *ex eo tempore*, & cum κρινόμενον jungere. *& ex eo tempore certas ob cauſſas reum peractum.* 93. 7 γε delend.

883. 39 f. ἕτερόν τι κατ' ἐκεῖνε, καὶ ἄλλο. aut ἕτερόν τι καὶ μετ' ἐκεῖνο ἄλλο. 52 vetus lectio προσενδεικνύμενοι proba erat; ſervarique debuerat. 65 εἰ δὲ μὴ, μὴ μέντοι γε.

884. 91 προέπεμψαν.

885. 9 poſt ἑώρα excidit θορυβέμενον.

886. 45 ὑποψία. caetera bene habent.

887. 19 θεραπεύσαντες.

888. 66. 74 διαδικεῖν eſſe poſſe verbum ſignificans *in omnibus rebus perfectam nequitiam exercere*, non negem. ſed vix puto uſitatum. quare malim καὶ νὴ Δί' ἀδικέσης, aut ſimpliciter καὶ ἀδικέσης.

889. 85.

890. 42 nondum poenitet priſtinae conjecturae ἐκδημίας *peregrinationis.* 45 loco πείση aptius foret παραςήση. 47 ſi diſpliceat priſtina conjectura, poſſet ante vel poſt χιλιάρχες addi ὀλίγες vel τινάς. nam neque omnes tribunos militum voluit Tiberius, (Tacitus enim

tribunorum ait *centuriorumque pauci*) & Dio, ſi omnes voluiſſet, τὸς χιλ. dixiſſet.

891. 89.

892. 2 ἑτέρες] f. ἔτος, quamvis jam in tertium annum deſignaſſet conſules, tamen mutabat ſaepius, ut iis, quos primo aut ſecundo anno Coſſ. dixiſſet, alios tamen ſufficeret. 12 τῆς ἀρχαιρεσίας ἕνεκα bene habere exiſtimo. *quo vetuſto ritui jus ſuum & ſatisfieret.* ἀρχαιρεσία in ſingulari, ſi bene memini, non dicitur, ſed tantum ἀρχαιρεσίαι in plurali. caeterum praeclaram lucem huic loco in obſervationibus cl. Reimarus accendit. 22 poſt δύο deeſt πλεῖες ἢ ἐλάττες. aut tacite repeti debet ἑκκαίδεκα *ſedecim praeter unum aut duos*. prius tamen praefero. Cf. p. 924. 54.

893. 32 ὁσάκις ἂν καὶ καθήκῃ vel καθήκοι. 49 αὐτὸ] Nerva puta. 50 poſt φαίη videtur εἰπεῖν deeſſe. *quamvis Nerva Tiberium rogaret, ut de quibuſdam dictarum legum partibus obſcurioribus mentem ſuam clarius exponeret, tamen id facere Tiberius noluiſſet.* haec una illarum cauſſarum erat, ob quas Nerva mortem voluntariam ipſe ſibi conſciſcebat.

894. 60 τότε] l. τε.

900. 61. 64.

LIB. LIX.

902. 20 ταὐτὸ ὂν uti etiam Reim. in Add. 29 Αὔγεστος] f. Γαίος C. Caligula. 33.

904. 89 aut πάντα, aut τἄλλα τε. 94 f. λέγεσθαι.

905. 22 f. ὅτω γὰρ καὶ αὐτῷ [Tiberio] καὶ αὐτὸς ἑαυτῷ πρὸς πάντα. 42. 43 mallem ποιησάμενος. 44 τε delend. 54 ῥυπαρώτατα] latiniſmus eſt. *ſordidiſſime.* graeci dicerent γλισχρότατα, πικρότατα. v. p. 1246, 79.

907. 30 quamvis καταστρέχειν, ubi *perſtringere, vituperare* notat, uſitatius cum accuſativo jungatur, dicaturque καταστρέχειν τινα, invenitur tamen etiam cum genitivo conſtructum. vid. Indic.

908. 65.

910. 6 αὕτη ἡ αἰτία. 20 ὑπάτων] f. βουλευτῶν aut ὑπατευκότων. 22 διαγνώμην.

911. 39. 40 videri queat ἐς τὴν τῆς οἰκίας νόμισιν ſignificare *ad legitimationem gentis auguſtae.* id eſt, eo fine, ut & illi Caeſarum, qui ſummae rerum praefuerunt, pro legitimis dominis, & eorum res geſtae, pro ratis & publice approbatis habeantur. nam ſacramentum illud erat εἰς νόμισιν τῶν πρὶν αὐταρχησάντων ad ratificationem [ut ita dicam] imperatorum ſuperiorum. τῆς οἰκίας ea ratione foret idem atque ταύτης τῆς οἰκίας, *hujus gentis*, caeſareae puta. ut infra p. 913, 25. ἐν ταῖς ἡμέραις eſt pro ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. ſed ut verum fatear, coacta & improbabilis mihi videtur haec interpretandi ratio. quare pro οἰκίας legi malim ὁσίας. *ut antiquo ritui religioſe ſervando ſatisfiat, quia vetus religio ita ſancit.* ὅτι ἡ ὁσία οὕτω νομίζει. infra p. 914, 55. ubi τῆς ὁσίας ἕνεκα redditur dicis

cauſſa. damit der Sache ihr Recht wiederfahre, um es beym alten Herkommen bewenden zu laſſen. it. p. 892, 14. 45 aut καὶ aut τε delendum.

912. 58 τοῖς τε γένεσι. *qui & gente, & naſcendi ſorte & facultatibus primi eſſent.* 62 χρῆσθαι ἐπὶ τῇ τῆς βουλείας ἐλπίδι. 65. 70 καὶ delendum, perperam e fine praecedentis vocabuli repetitum. 73 ſi ſervetur ἰδίᾳ καὶ, deerit ἐν τῷ δημοσίῳ paullo ante poſt τῷ.

913. 8. 13.

914. 31 ἱππεῖς τὸ τέλος] v. dicta ad pag. 840, 10. 34 τε delend. 40 γεραίρειν in activo, non item in medio, dici pro *honorare* puto. aut igitur γεραίρωσιν leg. aut, quod malim σέβωνται. 57 f. εἶχον ἐπί τινι, εἶθ' ὡς λυπούμενοι.

915. 68 γε] l. μὲν. 71. 80 ἐμβληθῆναι] legenti locum hunc venit in mentem fabella Carani ab Herodoto enarrata. Conditor ille fuit regni Macedonici, unde Philippus & Alexander orti. Caranus ergo, quum ab hero, cujus armentum una cum fratribus paverat, mercedem debitam fruſtra poſceret, juſſus ab hero, ſolis radios per tecti rimam illapſos mercedis loco ſumere, pulverem illis radiis colluſtratum humo ter hauſit, & in ſinum congeſſit, eoque ſoli Macedonici peculium nactus fuit. 82 aut ἤχθη cum Reimaro, aut ἐτέθη leg.

916. 16 cum noſtris priſtinis ad h. l. notatis conſuli velim Reimar. in Add.

917. 34. 41 lacunam inter verba ἅμα & ὡς καὶ πάνυ intercedere exiſtimo, aut in ἐφόνευε

latet

latet vitium, & ſententia requirit ἔπραξε *exegit*, & nihilominus tamen ſubeſt lacuna. 46 videtur turbatus locus & ſic digerendus eſſe τὰς πάνυ ἄκοντας βιαζόμενος, καὶ δὴ καὶ τοῖς ἐπ' αὐτὸ τοῦτο κληρωμένοις ὅτι μάλιστα (δύο γὰρ στρατηγοὺς ἐς τοὺς ὁπλομαχικοὺς ἀγῶνας ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις καὶ τὰ τοιαῦτα ποιεῖν, ὥσπερ ποτὲ ἐγίγνετο, λαγχάνειν —

918. 82 δύνασθαι delend. aut deeſt aliquid.

919. 22. 28 poſt ἔφη videtur ἐλέγξων vel ſimile quid deeſſe. *haec vera eſſe ut demonſtraret, recitabat nonnulla e literis* —. 30 ἠδίκηκεν, ὤφειλε τε αὐτὸν ζῶντα οὐ τετιμηκέναι.

921. 8.

923. 6 αὐτοῦ idem eſt atque ἐν αὐτῷ. nemo offenderetur, ſi legeretur τὴν αὐτοῦ ῥητορικὴν δύναμιν. atqui ὁ ῥήτωρ idem eſt, ut *Caeſar* idem atque *caeſarea majeſtas*.

924. 44 ἅτε δὲ δὴ ἐκείνων τε ἀργοτέρων tranſpoſitis vocabulis.

925. 74 Κελτοὺς, ὡς καὶ πολεμίους, καὶ παρακινοῦντάς τι. 84 ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον. 7.

927. 76. 78 ἥττονί σφων ὄντι, δυναμένοις. 95 aut τι del. aut leg. πολλὰ προσεψηφίσθαι.

928. 13 hic videtur aut lacuna, aut luxatum quid eſſe. nam ἐν τούτοις apte non cohaeret cum praecedentibus praeter morem Dionis. 27 ἐκκλησίᾳ] l. ἐκδημίᾳ. *per ejus* Caji ab Vrbe *abſentiam*.

929. 64 ἐπὶ τὴν Βρεττανίαν στρατεύσων.

930. 9 ἐπιβουλεῦσαι.

931. 40 τε] l. γε.

961. 24 poſt δῆμον videtur γιγνομένας exci-
diſſe. 46 τῆς Βαιτικῆς. deinde μεταπέμψαι
plebejo more poſuit pro μεταπεμψάμενος, quo
de more jam ad p. 222, 18. dixi. exemplis ibi al-
latis adde p. 929, 62.

962. 61. 83 f. ἐκδημίας ὅποι ἤθελον ἐπε-
τρέπετο ἐπαλλήλας. poſtremum debeo Reimaro.

963. 25 ἐπ᾽ ἔλαττον δή, ἐσκίπασεν.

964. 63 τε delend.

965. 83 f. μηδένα τοῖς ἔτω κατὰ τῶν —
αὐτῶν ἐπαναστᾶσι [vel θρασυνομένοις]. βοηθεῖν.
9 ἐπ᾽ αὐτάς.

966. 19 conjeci aliquando παρέπεμπον *tranſ-
mittebant*, ſinebant illam dignitatem praeter ſe
tranſire, ſed quam primum Reimari conjecturam
παρέμενοι cognovi; *tranſmittentes*, *ſinentes ſibi
adimi*, ſtatim eam fui amplexus. 40 ὀλίγε δεῖν,
abſque δέ.

967. 64 διαχειρίσας: quod etiam Reim. in
Addendis & Indice v. χειρίζειν probavit. 69 τέ-
τω τῷ εἴδει.

968. 87 in verbis Zonarae, quae allata ſunt
in nota ad hunc verſum adſcripta, ἐγχειρίδιον eſt
aut *ſtylus*, quo utebantur Romani aliquid in tabulis
ceratis exaraturi, aut ſunt *pugillares*. v. a viris do-
ctis ad titulum Enchiridii Epictetei notata. prius
tamen videtur rectius ob additum παρεζώννυτο.
92 aut ſervanda vulgaris lectio, τῦτο δὴ τὸ τῦ
λόγυ, *juxta proverbium*, aut leg. τῦτο δὲ δὴ [id
eſt δῆθεν] ἐκ τῦ νόμυ.

970. 57 f. τῦτον ἡ Ἀγριππῖνα τὸν τρόπον
τὸν υἱόν.

971.

971. 85. 86 τὸ τῶ καρῆέντω. 99 loco ſecundi ἀνηρέθη τά.

972. ὁ ἐνῆλπιζε] f. ἐλπίζετο. *quam ſurripuerat.*

973. penult. χρησόμενος. *quia Claudius, ut aquis — uſurus, Narciſſum — praemiſerat.*

974. 76 f. ἐς τῦτο δὲ ὁ τε ἀςὴρ.

975. 94 κἀνταῦθα ſi bene habet, ſignificat, *& tunc.* mallem tamen κἀντεῦθεν. *& illinc.*

AD XIPHILINVM.

980. 31 βέλτιον.

981. 47 τοσαῦτα bene habere, oſtendit ſequens. ὥστε vſ. 49. & accipi debet pro ἕτω καλὰ καὶ ἄξια. v. p. 998, 76.

982. 85 ὑπεπεπτώκει. 89 f. ἄλλα τε καὶ καινὰ. non tamen hoc valde neceſſarium. 92 πάντων] f. πραγμάτων.

984. 46 πολλῷ] l. τυφλῷ. v. Schol. Ariſtophan. ad Plutum. 48 βασιλικῷ κοιτῶνι bene habet ſapitque Xiphilini aetatem, qua κοιτὼν apud Graecos Byzantinos, ut *veſtiarium* apud Latinos medii aevi, idem erat atque theſaurus, vel fiſcus regius privatus. v. Du Cange Gloſſ. Gr. h. v. & noſtra ad Conſtantini Porphyrog. Ceremon. notata.

986. 79 ἐδὲν ἐν τ. ἤ. 81 ἀποκτεῖναι ἐπεχείρησαν.

987. 20 aut καὶ aut γὰρ delend. 34 τοίγαρ τοι εἰ περὶ. 39 f. τῦ Νέρωνος, ἐδ' ὅσον ἀπὸ

βοῆς.

βοῆς. *ne ſpecie quidem tenus.* v. dicta ad 260, 100. quibus addi poteſt locus Xiphilini, hanc dictionem illuſtrans p. 1057, 44: ἐκ ἀπὸ τῆς γλώττης μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ψυχῆς. quod in hoc loco eſt ἀπὸ γλώττης, id alibi eſt ἀπὸ βοῆς. Cf. Reim. in Add. *ult.* καὶ ἔτω μὲν καὶ ἐς.

988. 72 ἱππεῖς ἐκ τῦ τέλες] *equites, ex ordine puta equeſtri,* qui medius eſt inter ſenatorium & plebejum. v. ad p. 840, 10. dicta & p. 1036, 86. & 1246, 56. 57. inſignem locum.

989. 90 ἔπαθεν ἂν ἐπὶ τέτῳ. 91 valde placet ἄλλως. ſed neque ſpecie caret ἀγνῶς in recenſione tomi ſecundi Dionis Caſſii Reimarani in Actis Eruditorum a me propoſitum. ubi totum hunc locum pluribus expoſui. 95 ᾔδει. *ſciebat. ignorat ergo ſe Neronem tundere?* nihil deeſt.

990. 31 ἵνα δὴ Φιλεσ — 47 f. τὰ αὐτῷ πεπραγμένα.

991. 55 ſuſpectum πρέσβεις, quorum mentio hic importuna, ſaltim non neceſſaria. 72 καὶ ταῖς ἀκολασίαις.

992. 95 ἐναυπηγήσαντο. praeceſſit enim ἰδόντες. 97 aut delendum τὸν, aut leg. πάντα γὰρ τὸν ἐνδεχόμενον τρόπον. 99 aut ante μὴ deeſt τῦ, aut alias vſ. 100. leg. ἐκδημοσιευθῇ vel ἐκδημοσιευθῆναι συμβῇ. 10 ἐνταῦθα ἦν, ἔτοι — *ubi quum eſſet*, aut *eo quum proceſſiſſet*, diſſimulationis puta, & doli, aut etiam votorum ſuorum.

996. 13 utrumque recte dicitur & Leunclavii ἐκφανῆναι, &, quod in texto eſt, ἐκφῆναι. ſubauditur enim ἑαυτὲς. 27 e vetere lectione

υικη-

